

John Adams
Library.



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF NO
ADAMS
170.10

CHRONICON SAXONICUM.

EX

MSS Codicibus

NUNC PRIMUM INTEGRUM EDIDIT,

AC


LATINUM FECIT

EDMUNDUS GIBSON. A. B.

è Collegio *Reginæ*.

Ælcum men gebýnað þe ænigne gosne cræft hæfð. þ he þone so nytne oðrum
mannum: *Ælfrici Præf. ad Grammat. Lat. Sax. i. e.* Omnes homines oportet, qui ul-
lam bonam artem callent, eam aliis utilem reddere.

Mihi quidem nulli eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt. *Cicero de Finibus
boni & mali.*



O X O N' I I,

E THEATRO SHELDONIANO A. D. MDCXCII.

Imprimatur,

JONATH. EDWARDS

Vice-Can. OXON.

Aug. 15.
1692.

CHRONICON Saxonicum,

SEU

ANNALES RERUM

IN

ANGLIA PRÆCIPUE GESTARUM,

A Christo nato ad Annum usque MCLIV. deducti,
ac jam demum Latinitate donati.

CUM

INDICE RERUM CHRONOLOGICO.

ACCEDUNT

REGULÆ

AD INVESTIGANDAS NOMINUM LOCORUM
ORIGINES.

ET

NOMINUM LOCORUM AC VIRORUM
IN CHRONICO MEMORATORUM
EXPLICATIO.

Operâ & Studio EDMUNDI GIBSON. A.B.
è Collegio *Reginæ*.

O X O N I I,

E THEATRO SHELDONIANO A.D. MDCXCII.

CHRONOLOGICAL TABLE

1870

1870-1871

1871

1871-1872

1872-1873

1873-1874

ADAMS 170.10

1874-1875

1875-1876

1876-1877

1877-1878

1878

1878-1879

1879-1880

1880-1881

1881-1882

1882-1883

1883-1884

P R Æ F A T I O.

POSTQUAM hortatu Viri doctissimi mihique amicissimi, Joannis Millii, Linguae Saxonicae studio nonnihil temporis dedissem, & in ea mediocrem facultatem fuisset consecutus; ille, ne sui esset dissimilis, hoc est ne ullum vitae spatium curâ literarum vacaret, multis verbis accurate mecum egit, ut de edendis Annalibus Anglo-Saxonicis cogitarem. Esse nimirum Annales istos augustissimum plane Antiquitatis monumentum, ac quale frustra apud gentes vicinas quaesiveris; fontem ipsum è quo hausta sunt & ad quem exigenda, quae de rebus istorum temporum tradunt Florentius, alique posteriores Historici. Chronicon hoc mirifice praedicare, ejusque editionem Cantabrigiensi multo auctiorem, & quidem omnibus numeris suis absolutam flagitare eruditos. De eo publicando cogitasse jam olim eximium illud Collegii nostri & Academiae decus, Gerardum Langbanium, ut apparet ex Schedis ejus MSS. in Bibliotheca Bodleiana; in quibus dicit, ad prelum destinanti sibi hos Annales, Wheelocum palmam praeripuisse. Wheelocum, qui tanto viro, in Literis omne genus, Saxonice speciatim longe versatissimo, Opus isthoc infeliciter praeripuerat, non integros Annales edidisse, sed ad fidem Codicis mutili ac mendosi, Annalium fragmentum duntaxat; quin & Saxonice mutilis adjunxisse Interpretationem Latinam admodum vitiosam, & quae sermonis Saxonici genium & nitorem minime repraesentat. Observatum hoc eruditis: & quidem Junium & Mareschallum nostrum, Viros suis in hac ipsa literatura scriptis celeberrimos, auctores fuisse Praesuli amplissimo D. Joanni Fello, τῷ παναρχῆν, ut eximium hoc monumentum Historicum, maxima parte in MSS membranis jam sepultum, ad Codicum quos habemus in Oxoniensi Bibliotheca proborum & integrorum fidem excuderetur; adhibita Versione Latina, quae textum Saxonice accuratè ac fideliter ubique redderet, exprimeretque. Annuisse Episcopum: Statimque horum rogatu ac consilio, mandasse provinciam istam egregio viro, qui ad suos ex Germania jam tum advenerat, idiomate Teutonico plenus, Saxonice si quis unquam instructissimus, Guil. Nicolsono. Huic paulo post susceptum opus, ad munus quoddam honorificum in Ecclesia Cathedrali procul ab Oxoniensibus suis posita, quo hodieque summa cum laude defungitur, accersito, per ingentem loci intercapedinem, plurimasque quibus urgetur occupationes, haud deum licuisse telam exorsam texere; imo ne nunc quidem licere. Mihi gloriam, quam vocabat, operis istius omnem, quanta quanta est, relictam esse. Petere omnino opem & operam nostram Chronicon Saxonice, clathris Bodleianis inclusum, ut jam deum integrum in lucem prodeat, & à Studiosis intelligatur. Abunde mihi in hoc ipsum otii esse, suppetere vires ac parem in Lingua Saxonica facultatem. Neque vero dimitti ullo pacto debere occasionem quam adeptus sum, Annalium istorum editione Antiquariae rei studiosos, jurisconsultos, universam denique gentem Anglicanam demerendi.

PRÆFATIO.

Hæc atque alia in eandem sententiam Vir eruditissimus. Quibus certe per-
motus, seu potius inflammatus, Provinciam hanc suscepi. Sumto verò in ma-
nus opere, facile statim perspexi qua præsertim difficultate, præter cæteras, im-
plicaretur. Ante istud tempus nemo Grammaticam Saxonicam ediderat: adeoque
circa singulas pæne voces hæsi, veritus ne iis subesset idiotismi nescio quid, mihi ad-
huc non quidem plane incogniti, sed tamen haud satis bene intellecti. Verum cum,
re prope desperatâ, totum consilium tantum non abjecissem, omne hoc incommodum op-
portune sustulit Cl. Georgius Hickefius, editâ Grammaticâ, quæ istius linguæ arca-
na luculentè aperuit. Magnum hoc erat beneficium, sed mecum orbi commune. Ve-
rum mihi multis modis privatim etiam perspecta est Viri optimi humanitas: hæren-
tem consiliis adjuvit, labantem confirmavit, voluit denique, abjectâ omni ratione sive
sue dignitatis, sive meæ tenuitatis, ut sese, quacunquẽ in re sua opera mihi esset ne-
cessaria, uterer familiariter.

Omnibus tandem sublatis, quæ me à proposito opere deterrere potuissent, meipsum
ad illud summa animi constantia accinxi. Cumque illa est hujus materiæ ratio, ut
de nulla re prius cogitare oporteat, quàm textum omni ex parte integrum ob oculos
habeamus; omnem meam curam converti ad Codices Manuscriptos comparandos. An-
te aliquot annos Chronicon Saxonicum ediderat ex duobus manu scriptis libris Vir
doctissimus Abrahamus Wheelocus, Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienses Profes-
sor publicus. Horum altero illum instruxit Bibliotheca Cottoniana, Londini; altero
Benedictina, Cantabrigiæ. Verùm malo fato evenit, ut neuter integrum Chro-
nicon complecteretur, sed ipsius fragmenta (quod integrum nacti jam discimus)
hinc inde parum feliciter excerpta. Ad hæc, non longe ultra annum millesimum
hujus gentis Historiam deducunt; in rebus vero ita paucis discrepant, ut alterum
alterius Apographum esse omnino videatur. Non hoc certè dico, quòd de Wheelocianæ
editionis gloria quidquam detractum velim. Edidit Vir doctissimus qualia habuit, pri-
musq; omnium præclarum istud hujus nationis monumentum à blattis ac tineis vindicavit.
Ex eo autem tempore, tria alia Exemplaria comparuerunt. In his, Codici quem Laud.
dicimus (inter eos utpote Libros reposito, quos D. Gulielmus Laud, Archiepiscopus
Cantwarensis, Bibliothecæ Bodleianæ donavit) primum merito locum tribuimus. Huic
uni plus debent Annales Saxonici, quàm cæteris omnibus. Missò enim quòd ab an-
no MLXX. non alio quovis Codice usi sumus; ante istum etiam annum, ex illo nova quam-
plurima adjecimus, lacunas multas supplevimus, vitia item infinita, quæ in alios Co-
dices irrepsierant, istius beneficio emendavimus. In membranis nitide ac eleganter
scribitur; ita ut in eo neque auctoris diligentiam, neque Librariorum curam quijquam
facile desiderare possit. A diversis Librariis, diversis etiam temporibus scriptum fuisse,
Characterum differentia testatur. Ut enim illius idioma ad nostrum sermonem paul-
latim desleclit, ita etiam literarum formæ ad nostrum scribendi morem sub finem
propius accedunt. De Bibliotheca ad quam olim pertinuit, etsi nulla fiat mentio,
(quæ quidem in vetustis manu scriptis Codicibus fere conspicitur,) dubitari tamen non
potest quin ad Monasterium Petroburgense spectaverit. Istius enim Ecclesiæ negotia,
ab aliis omnibus Codicibus prætermissa, frequenter attingit. Quid quod tres integras
Chartas, ad eum locum pertinentes, suis locis insertas conspicimus? Restat unum de
hoc Codice monendum, quod quidem tacere nefas esse arbitror. Ad calcem Anni DCIII.
post pœca, adduntur hepinshurran runu lædde pone hepe piden, quæ tamen à me
casu

P R Æ F A T I O.

casu aliquo prætermiffa sunt. Casu, inquam, nec enim illud deditâ operâ factum fuisse, (quod, scilicet, vocabuli ^{Wepinghurstan} sensum ignoravi,) satis testantur alia quædam Chronici loca, in quibus meam inscitiam liberè profiteor. Codicem quem Cant. dicimus eadem Bibliotheca Bodleiana nobis suppeditavit, idem Archiepiscopus Bibliothecæ donavit. Hic etsi priori sit longe inferior (in chartis enim describitur, manu item recentiori, ac à Librario Lingue Saxonice imperito) non tamen omnino eum contemnendum esse opinabar. Haud pauca enim exhibet, quæ in reliquis omnibus desiderantur; adeoque ad exemplar aliquod descriptus est, hodie sive vetustate, sive casu, sive incendio extinctum. Qui in hac Editione, nomine Cot. Codex cognoscitur, reperitur in Bibliotheca D. Joh. Cotton, Londini. Hunc cum Chronico Wheelociano contulerat, ac variantes illius Lektionen suo Libro inseruerat Cl. Franciscus Junius, novam, opinor, Chronici Saxonici editionem orbi daturus. Inde nos eas descripsimus, singulari hominis in his rebus religione meritò innixi.

Codicibus quos dixi conquistis, factaque eorum diligenti collatione, ita rem totam institui, ut si quæ, sive sententia, sive etiam vocabulum, in uno aliquo inveni-retur, quod à reliquis abesset, illud in textum conjecerim, facta mentione Codicis cui debetur. Quod si diversi Codices rem eandem diverso modo exprimant, quæ mihi lectio visa est potissima, in textu reposui, cæteris in imam paginam conjectis. Nullas enim earum spernendas esse existimavi; quæ etiam si mendosæ sint, magnam sæpe-numero lucem ad verum eruendum afferunt; sine veræ, maximi semper præcii æstimandæ sunt. Hujus rei exemplum unum & alterum accipe. An. DLXXI. Cuthwulfus dicitur cepisse oppidum, quod Bennington appellatur. Cujus loci situs esset omnino incertus, nisi Codicis Laudensis lectio nobis succurreret. Bennington enim, ut is Codex habet, rem extra dubium ponit, docetque non alium esse posse, quam Bennington, in agro Oxoniensi. An. DXXX. Cerdicus & Cynricus dicuntur interfecisse reala men on Wihthgarabyrig; i. e. complures homines in Wihthgarabyrig: Codex Cant. legit rea men, i. e. paucos homines. Pro hac Lektionum differentiâ, quæ in Chronicis Saxonis conspicitur, eandem planè apud rerum Anglicanarum Scriptores deprehendimus; quorum nonnulli paucos homines, nonnulli multos habent. Ex hoc perspicuum est, eos Scriptores ex Annalibus Saxonis suas Historias consarcinasse; nec in illis istam varietatem aliter evenisse, quàm quod prius in exemplaribus Saxonis contigerat. Nô-runt certè qui in hujus generis rebus aliquid peritiæ habent, in vetustis exemplaribus haud quidquam ita minutum reperiri, quod non aliquando eruditus usui esse potest. Verùm unde factum, inquires, ut tot Codices, ad diversas Bibliothecas pertinentes, ita paucis discrepent, ut in unum Chronicon haud incommodè reduci possint? Id enim casu contigisse, non est sani cujusvis sive dicere sive opinari. Equidem ista dubitatio me diu vehementer torfit, donec Scotichronici auctoritas expediisset. Ejus verba hæc sunt. Statutum est convenienter in Anglia (ut audivi) quod unumquodque Monasterium à Regibus fundatum, haberet de ipso loco suum certum scribam, vel scriptorem, quo omnia notabilia tempore Regis, saltem in regno vel è vicinis contingentia, secundum quod veritas facti se haberet, cum data annotarentur: ad proximum generale Concilium, post obitum Regis omnes illi Chronographi convenirent, & sua vere dicta, sive scripta in medium producerent, & delectis à Concilio sagacioribus, & in talibus peritis & expertis, scripta examinarent, & diligenti habitâ collatione de congestis

P R Æ F A T I O.

summariū extraherent, & Chronicam compingerent, ac in Cœnobicis Archivis Librariū, pro authenticis Chronicis, quibus fides daretur, scripta reponerent, ne temporū labilitate memoriæ gestorū in Regno deperirent. Sed neque hīc sistendum. Istud enim testimonium ex altera parte haud minus incommodum parit. Si enim publico decreto constitutum fuerit, ut ex uno aliquo exemplari omnes Codices describerentur; quī factum ut in ullis rebus Codices discreperent? Hujus rei causse variæ sunt, pro diversis differentiarum generibus, quæ in Libris manu scriptis deprehendimus. Vel enim 1°. Nonnulla in uno Codice reperiuntur, in reliquis omnibus desiderata. Ea autem haud raro sunt res ejusmodi, quæ loci alicujus peculiaris, non autem regni totius negotia exhibent. Sub hoc capite cadunt, quæ in Codice Laudensi de rebus Ecclesiæ Petroburgensis adjiciuntur. Ex quibus perspicuum est, pleraque Monasteria in Chronicis componendis hunc ferè ordinem tenuisse, ut illis, de quibus in Concilio generali convenerat, sui Cœnobii Historiam immiscerent. Vel 2°. Rem eandem iisdem vocabulis exprimunt, mutatis solum modis, temporibus, aut casibus. Ita Codex Cant. pro on tertiæ personæ pluralis terminatione, habet fere anlans item pro lond. man pro mon. cing pro cýning, &c. Vel 3°. Ordinem vocabulorum immutant. Proxima duo easdem omnino causas agnoscunt; partim Librariū incuriam, partim longa temporū intervalla, quibus Codices descriptos fuisse existimo. Sæcula scilicet aliquantum inferiora, senescente jam Lingua Saxonica, vetustiorum Librorum materiam, sui temporis sermone expressisse videntur.

Textu hunc in modum disposito, proximè me exercuit Versio Latina; quippe quodnam interpretandi genus præsertim sequi deberem, non statim perspexi. Video enim nonnullos, qui in sermonem Latinum alias linguas traduxerunt, Romanæ locutionis fuisse in primis studiosos, atque elegantiae quam materiæ propositæ majorem longè rationem habuisse. Illi ut ut de Lingua Latinâ bene meriti fuerint, suo certe, hoc est, Interpretum, officio defuisse videntur. Ad id enim nihil æque pertinere videtur, ac istum quem vertimus scriptorem vivis coloribus depingere. Ego equidem ita mecum constitui, nihil prius mihi esse ducendum, quam ut Annalium Saxonorum mentem sensumque, quin & ipsum (quantum fieri posset) Linguae Saxonicae genium, versio mea repræsentaret. Quæ mihi causa fuit, ut nec temere ab ipso ordine recederem, in quo sua vocabula idiotismus Saxonicus disponit; etsi istum Romanis scriptoribus inusitatum esse cognoverim. In hanc viam ut me duxit rei ipsius ratio ac natura, ita in ea vehementer confirmavit summorum in re Saxonica virorum auctoritas. Cl. Junius, in Catalogo Librorum Anglo-Saxonorum, quem Evangelii Gothicis addidit, de Archaionomia Lambardi hæc habet. Archaionomiam, i. e. per antiquas Anglo-Saxonorum Regum Leges à se translatas vulgavit olim Guilielmus Lambardus; nobis tamen magis arridet antiqua versio quam habet Job. Bromton: neque ipsi tantum sequimur illam, sed auctores quoque sumus omnibus, genuina venerandæ Antiquitatis monumenta diligentibus, veterem potius horrentis incultique sæculi versionem amplecti, quam novitiis atque in speciem cultioribus temerè adhærere. Eodem nomine Versionem istam notavit his verbis Cl. Somnerus, in Præfatione sua ad Lexicon Saxonicum. In tyronum & aliorum in hac Lingua prorsus imperitorum, aut parum versatorum gratiam & utilitatem, Saxonorum in Latinum Sermonem translationes meas plerunque verbatim dedi: studio politum illum & elaboratum fugiens stylum

P R Æ F A T I O.

à D. Gul. Lambardo in sua Legum Saxonicarum versione tantopere affectatum, ut parum aut nihil inde Lector ad Linguam Originalem (Saxonicam scil. qua scribuntur,) intelligendam commodetur.

De Indice Rerum Chronologico hoc tantum moneo, me eo consilio non solum paginas, ac lineas, sed & annos adjecisse, ut Annales Saxonicos compendio exhiberem; quod me non sine magno eruditorum commodo fecisse arbitror. Hujus enim beneficio, (quoties fuerit occasio) primo intuitu non solum perspicunt quicquid isti contineant quod in suos usus transferri possit, sed etiam sub quo anno ponatur. Satis autem non habui, summam curam adhibere in hoc Indice colligendo; sed etiam, ne error meus quenquam seduceret, ante quàm prelo committeretur, recognovi totum, ut certò scirem, singula ad debitos annos esse relata. Cujus rei non ideo à me mentio facta est, ut laudem aliquam captem diligentia; sed ut viri in his rebus versati, ei intrepide fidem adhibeant; adeoque res singulas ad ipsum Chronicon exigendi molestia liberentur. Quod Regulas generales de origine Nominum Locorum adjeci, non illud à me factum, quia mei propositi ratio postulavit; (nec enim mihi quicquam erat negotii cum nominibus hodiernis;) sed cum non essent ab eo prorsus aliena, magna item cum utilitate Eruditorum conjuncta, nolui hanc occasionem illas tradendi prætermittere. Quod sequitur, (Explicatio nempe Nominum Locorum) meo instituto ita necessarium duxi, ut nisi istud accederet, non viderem qui fructus ex illo perciperetur. Cum enim ex locis nonnulla penitus extinguantur; quæ autem hodiè supersunt, nomen sive prorsus aliud, sive longe diversum obtineant; fieri non potest ut sine summo tædio, ne dicam operæ dispendio, Historia legatur. Quam ob causam acerbè sæpe tuli, omnibus in hoc genere libris, qui adhuc in lucem prodierunt, istiusmodi præsidium deesse. Hinc est quod homines ab eorum studio deterrentur; adeoque nostræ gentis Historiæ tot jam annos spretæ neglectæque jacuerunt. Quod postremo Lectorem nolim latere, hoc est. Nomina Virorum, quæ in hoc Chronico occurrunt, in ordinem Alphabeticum digesta, typis Saxonice excudere me destinasse; sed cum numerus figurarum idoneus nostræ typographiæ deesset, satius omnino duxi voces Saxonice Latinis characteribus imprimere, quàm orbem literarium istius Indicis auxilio privare. De causis operis suscepti, deque ejusdem ratione, hætenus breviter dictum.

Verum ne quisquam arbitretur, me in materia tenui posuisse nimium diligentia, aut operam meam rebus aliis melius impendere potuisse; videamus tandem quæ sit auctoritas horum Annalium, supra cæteros omnes, qui res Angliæ gestas describunt; adeoque quantum non modo communis utilitatis ratio, verum etiam patriæ caritas suadet ut in publicum emittantur. Quò autem de eâ re melius possimus judicare, in medium omnino proferendos esse arbitror; qui ante An. MCLIV. (quo scil. nostri Annales exeunt) suorum temporum Historias scripserunt. Primus omnium Gildas, circa An. DXXXIV. de Britannorum excidio scripsit non quidem Historiam, (nec enim prælii alicujus tempus aut eventum attingit) sed hoc unum sibi habet propositum, ut gravissimas patriæ calamitates conqueratur. Post illum, circa An. DCCXXV. Ecclesiasticam Historiam edidit Beda. Deinde, temporibus Ælfredi Magni, res gestas istius Regis composuit Asserius. Ælfricus, qui mortem obiit Anno MXVI. dicitur condidisse Chronica Saxonica, quæ in primis agebant de Ecclesia Cantuariensi. Quam ob causam nonnulli hosce Annales Ælfrico tribuerunt; à quibus tamen ego prorsus dissentio.

P R Æ F A T I O.

dissentio. Tantum enim abest ut cujusvis Ecclesiæ negotia contineant, ut nihil fere præter res bellicas enarrent; obiter subinde factâ mentione Archiepiscopi aut Episcopi sive sedem capessentis, sive morientis. Turgotus Dunelmensis, qui floruit sub Henrico I. dicitur contexuisse Annales sui temporis; sed cum illi, ut etiam alii complures, injuriâ temporis perierint, nulla nobis habenda est eorum ratio. Florentius, Wigorniensis Monachus, qui claruit circa Annum MCX. Chronicon composuit ex Chronicis; atque res eas omnes quæ ad Anglicam nationem pertinent, ita manifestò ex Chronico Saxonico decerpit, ut illud etiam *κρηπίδας* sit secutus. Quod si quisquam mihi minus credat, ipsum habet confitentem ad An. DCCXXXIV. sese res gestas tradidisse, prout Anglicarum Chronicarum textum reperiit.

Pauca hæc de illorum temporum Scriptoribus eo consilio præmisi, ut facilius existimare possimus quantum fere ii ex Chronico Saxonico pendeant, quantis etiam in tenebris sine istius auxilio versentur. Cum vero variis sæculis, adeoque stylo dissimili scriptum fuerit, ac plures auctores agnoscat; quò fiat perspicuum, quantum adjumenti ex eo habituræ sunt hujus gentis Antiquitates, necessarium duxi singulas illius partes curiosius expendere.

De eâ igitur Britannix descriptione, & Commentariolis de Romanis Imperatoribus, de Saxonum item in hanc terram adventu; dubitandum (opinor) non est, quin ex Bedâ fuerint desumpta. Eidem acceptam refero aliquam partem eorum, quæ ante An. DCCXXXI. (in quo suam Historiam claudit) ad res Ecclesiasticas pertinent. Verùm bella Anglo-Saxonum cum Britannis, quæ per multos annos duraverunt, unde petenda sint, idoneum auctorem habemus neminem. In Gildâ, in Bedâ, frustra illarum Historia queritur; ita ut Chronico Saxonico debeamus, quòd aliqua illorum temporum notitia ad nostram ætatem pervenerit. Etsi enim non putem partis istius Scriptorem, testem fuisse belli oculatum; verisimile tamen est eum in vetustos aliquos Annales fortè incidisse, unde earum rerum notitiâ fuerit instructus. Quæ causa esse potuit, ut ea pars in omnes Codices admitteretur; merito certè rejicienda, nisi aliunde quàm vanis vulgi opinionibus illius auctoritas sustentaretur. Idem etiam dicendum est de illis, quæ ante An. DCCXXXI. hi Annales exhibent, apud Bedam neuti-quam occurrentia. Nec aliud sentiendum esset de iis quæ sequuntur, ad initia usque Regis Ælfredi, nisi inveciam fuisse sub hæc tempora consuetudinem res notatu digniores in Codices publicos referendi, nonnulla suaderent; literarum incrementum, Monasteriorum fundatio, otii abundantia. Quanquam enim, durante Anglo-Saxonum heptarchia, Anglia crebris vastationibus, bellisque civilibus divexaretur; postquam tamen Reges Christianam Religionem suscepissent, sacris ædibus, quæ Annales ejusmodi asservarunt, ita magnus honos habitus est, ut illæ etiam inter cædem ac rapinas inviolatæ permanerint. Ab infantia ad mortem Ælfredi M. cum Afferii Menevensis Historiâ Annales Saxonici in multis conveniunt; ut omnino ex his alterum existimandum sit, aut Monachos illius Librum in Linguam Saxoniam transfuisse, aut illa, quæ ii in Commentarios regesserant, Historiæ Afferianæ materiam præbuisse. De illis quæ Ælfredi M. obitum sequuntur, ad tempora Willelmi Conquestoris, hoc tantum habeo dicere, multa deprehendi indicia Scriptorum, qui rerum verissimam scientiam habuerunt. Sententiarum brevitatis, materiæ varietatis, rerum Ecclesiasticarum, civilium, bellicarum mixtura, videntur abundè testari res gestas anni cujusque diversis temporibus, memoriæ juvanda causâ, in Scripta relatas fuisse. Quid quod sepe-

numero

P R Æ F A T I O .

numero non contenti sunt tradere, quo anno, quove etiam mense res facta fuerit, sed ad diem ac horam descendunt. Rem eandem confirmant Virorum Nomina; quæ non alio modo in Chronico Saxonico scribuntur, quàm incisa in Numismatis conspiciamus. Quòd verò idioma Saxonicum in ea parte quæ vitas tradit Hardacnuti ac Edwardi Confessoris, haud parum immutari incipit, ac rejectis vocalibus, syllabis item quibusdam, ad nostrum efferendi morem paulatim vergere; id etiam pro nobis facit. Iis enim temporibus revera mutari cœpisse, testem habemus Edwardi Confessoris Numisma, in quo Regis istius nomen EDWARD exaratur; cùm tamen nominis origo, & antiqua scriptio EADWEARD postulent. Eiusdem numismatis pars adversa, in qua LEFFINE scriptum conspicitur pro LEOFFINE, idem testatur. Res gestæ Willelmi Conquestoris describuntur stylo à præcedentibus longè diverso, & ad sermonem nostri temporis multò propius accedente. Idioma in plerisque Gallicum, in scribendo brevitas concisa sive Gallica, Gallica etiam vocabula paulatim subrepunt. Styli hæc diversitas quæ post Normannorum tempora in Chronico Saxonico deprehenditur, diversos fuisse partis istius Scriptores luculentè probat. Sed & idem ostendunt ipsa Scriptorum verba. Ad Annum MLXVI. ubi monasterii Petroburgensis calamitates describit, addit *GOD HIT GEMILTJE: i. e.* Deus illius misereatur. Ex quibus verbis apertè colligitur, istam Ecclesiam, cùm hæc scriberentur, sub iis angustis laborasse. An. MLXXXV. postquam istius anni miseras tradidit, accedunt *GEBETE HIT GOD ELMHTIGA þONNE HIR PYLLA JY: i. e.* In melius vertat Deus omnipotens quum ipsi visum fuerit. An. MLXXXVI. Willelmi Conquestoris mores, indolem, imperium depicturus, ab his verbis incipit *EIF hpa gepunigeo to gepitane hu gedon man he pær. oððe hplcne purðrice he hæpde. oððe hu pela land he pær hlaforð. þonne pille pe be him appitan sra sra pe hine ageaton. þe him on-locoban. ⁊ oðne hpile on hira hipede punedon: i. e.* Si cui libet cognoscere qualis vir fuit, sive quantis honoribus afficiebatur, sive quot terrarum fuit dominus, volumus nos eum describere, quatenus scimus, qui eum vidimus, & nonnunquam in ejus curia fuimus. An. MCVI. *Geþylce sædon þ hig ma on þiron timon un-cuðpa scepna gesapon. ac pe hit openlicor ne appiton. forðam þe pe hit sylpe ne sapon: i. e.* Plerique dicebant se plures sub id tempus insolitas stellas conspexisse, verum nos illud pro certo non scribemus, propterea quòd ipsi non vidimus. An. MCXXVII. describit Henrici, Abbatis Petroburgensis, accessum ad Abbatiam, additque, *Ðis pas hira in-gang. of hira ut-gang ne cunne pe jett noht seggon. God srape þone: i. e.* Hujusmodi erat illius accessus: de discessu ejus nihil adhuc dicere possumus. Deus prævidet. *Alia etiam hujus generis testimonia occurrunt ad Annos MCXXVIII. MCXXX. MCXXXVII.*

Atque de Chronico hætenus. De Tabula Chronico accommodatâ sciat Lector benevolus me nihil in eâ, nisi firmis rationibus, in Explicatione Nominum Locorum traditis, adductum statuisse. In quâ quidem nec frustrâ operam posuisse, facillè (opinor) concesserit, qui eam cum Camdenianâ conferre dignabitur. Perpendat autem nostram non esse Heptarchiæ tabulam, sed ex iis solum nominibus confectam, quæ in Annalibus Saxonice continentur. Quòd si hanc Viris eruditissimis non ingrati esse resciero, operæ pretium arbitrabor, vetusta omnia locorum nomina, ex Anglo-Saxonum monumentis eruta, ampliori Tabulâ representare.

TESTIMONIA DE CHRONICO SAXONICO.

Florentius Wigorniensis ad An. DCLXXII.

K Enwalchius Rex West-Saxonum, 30 anno regni sui defunctus est. Cujus uxor Sexburga Regina secundum *Anglicam Chronicam* uno post illum regnavit anno: secundum verò Bedam, Subreguli regnum inter se divisum annis circiter x. tenuerunt.

Idem ad An. DCCXXXIV.

Hic [Beda] suæ gentis quamplurima gesta hucusque luculento descripsit sermone, unumque temporalis vitæ, modumque terminavit Historiæ. Nos verò Deo aspirante ab ejus vitæ felici exitu, prout *Anglicarum Chronicarum* reperimus textum, fideliūque virorum credibili relatu, vel quæ nos ipsi indubitata audivimus, vel quædam quæ oculis aspeximus, amodo fideliter notata, fidelium successiorum relinquenda dignum duximus memoriæ.

Idem in Genealogia Regum West-Saxonum.

Deinde [i. e. post Sexburgam] Kenfus duobus annis secundum dicta Regis Alfredi, juxta verò *Chronicam Anglicam* filius ejus Ælswinus fere tribus annis regnavit.

Idem in eadem Genealogia.

Anno Dominicæ Incarnationis secundum Dionysium DXXIX. Cerdicus & Kenricus filius ejus, secundum *Anglicam Chronicam* in West-Saxonia regnare cœperunt.

Willelmus Malmesburiensis Lib. I. Cap. I.

Æthelbertus, filius Ermerici, rerum potitus 53. annos juxta *Chronicam*, juxta Bedam 56. transegit.

Vossius de Historicis Latinis.

Florentius Wigorniensis composuit Chronicon ex Chronicis. Atque id opus eo majoris duci convenit, quòd Latinè ei inserantur suis locis antiqui *Anglo-Saxonum Annales*.

Prefatio ad Vitam Regis Ælfredi.


Chronicon Saxonicum quod Codice bono destitutus edidit doctissimus Wheelocus, addita etiam (sed oscitanter facta) interpretatione Latinà, si à medica quapiam manu ad primævum nitorem & sanitatem restitueretur (quod desperandum non est) nescio quænam è vicinis gentibus par habeat Antiquitatis suæ monumentum.

CHRONICON SAXONICUM.



RITTENE Igl-
land is ehta hund
mila lang. 7 tpa
hund bpad. And
hep rind on þis 5
Iglande þis ge-
deode. Englisc. 7
Britisc. 7 Fylisc.

7 Scyrtisc. 7 Pýhtisc. 7 Bocleden. Eper
pepon bugend þisef landef Britter. þa
coman of Armenia. 7 gerætan ruðepearde
Bryttene æporc. Ða zelamp hit þ Pýht-
taf coman ruþan of Scitþian. mid langum
rcipum na manegum. 7 þa coman æporc
on norð Ybernian up. 7 þær b bædo
Scottar þ hi þer mofton punian. Ac hi
noldan heom lýfan. forðan hi cwædon
þa Scottar. pe eop magon þeah-hpaðere
pæð c zelæpon. 7e pitan oðer Eglanð
hep be earþon. þer ge magon earþian
zif ge pillað. 7 zif hpa eop piðrcent.
pe eop fultumiað. þ ge hit magon ge-
ganzan. Ða ferdon þa Pýhtar. 7 ge-
ferdon þis land norðanpearð. and ru-
ðanpearð hit heþbon Brittar. rpa pe
ær cpebon. And þa Pýhtar heom abæ-



RITANNIA Insu-
la 2 longa est mil-
lia passuum octin-
genta, & 3 ducenta,
lata. In hac au-
tem Insula sunt
quinque nationes;
Anglica, Britanni-

ca seu Wallica, Scotica, Pictica & Latina.
1 Primi hujus terræ incolæ fuere Britanni,
qui ex 4 Armenia profecti, in Australi parte
Britanniæ primum sedem posuerunt.
5 Postea contigit Pictos ex Australi parte Scy-
thiæ, longis navibus, haud ita multis, ad-
vectos, ad Hiberniæ Septentrionales partes
primum appulisse, ac à Scotis petisse, ut ibi
habitare sibi liceret. Cæterum iis veniam da-
re nolebant; respondent autem Scoti: possumus
nihilominus nihil fecius consilio vos juvare. Aliam
15 novimus Insulam hinc ad Orientem, ubi (si
visum fuerit) habitare possitis; & si quispiam
[armis] restiterit, nos vobis subveniemus, quo
eam expugnare valeatis. Tum solvebant Pi-
cti, & hanc terram à parte Boreali ingressi
sunt; Australia enim Britones occupaverant,
25 uti antea diximus. Tum Picti sibi uxores

res

a Totum hoc usque ad An. I. traduximus huc ex Chronico MS. Laud. b l. bædon. c l. zelæpan.

1 Descriptionem Britannię prolixiorē habet Ven. Beda Hist. Eccl. l. i. c. 1. 2 A loco
Wentwithstert vocato, qui situs est 15. leugis ultra Michaelstowe in Cornwalas, usque
ad Cathenes trans Scotiam. Simeon Dunelmensis. 3 300. à Depiestowe usque
Dofre. Id. 4 Armorica Bed. l. i. c. 1. 5 Post intervallum 800. annorum. Henricus
Huntingdoniensis. Pictorum in Britanniam adventum sub An. Dom. 75. ponit Matthæus
Westmonasteriensis.

res à Scotis impetrabant, ea conditione, ¹ ut suam Regalem profapiam semper à parte fœminea eligerent; quem morem longe postea fervarunt. Contigit deinde annorum decursu, Scotorum aliquos ex Hibernia profectos in Britanniam, hujus terræ partem aliquam expugnasse. Dux autem eorum ² Reoda vocabatur, à quo ipsi dicti sunt ³ Dælreodi. Sexaginta ante annos quam Christus nasceretur, Caius Julius, Romanorum Imperator, cum ⁴ octoginta navibus Britanniam petiit. Ibi acri primum pugna fuit oppressus, ac magnam partem sui exercitus amisit. Tum suas legiones apud Scotos reliquit, & in Gallias transvectus, ibi sexcentas naves comparavit, cum quibus postea in Britanniam transibat. Ubi primum congressi sunt, occisus est Cæsaris Tribunus, qui vocabatur ⁵ Labienus. Sudibus deinde comparatis, [Britanni] toto cujusdam fluminis vado eas acutas quidem ac magnas sub aquis defigebant; flumen autem vocatur Tamesis. Id ubi Romani deprehenderant, vadum transire nolebant; ideoque Britanni in sylvas densas confugerunt. Cæsar autem oppida primaria bene multa gravi prælio expugnavit; ac in Gallias postea revertebatur.

don riƿ æt scottum. on þa Ʒeƿad þ hi Ʒecurpon heona kýne-cin áá on þa riƿ healƿa. þ hi heolbon rpa lange rýððan. And þa Ʒelamp hit imbe Ʒeapa rina þ ⁵ Scotta sum dæl Ʒeƿat of Ybennian on Brittene. Ʒ þeƿ landeƿ sum dæl Ʒeodon. Ʒ þeƿ heona heƿatoƷa Reoda Ʒehaten. fƿom þam heo rind Ʒenemnode "Dælreodi: "Sixtigum rintum ær þam þe ¹⁰ Lriƿt þeƿe acennes. Grauf Juluf Romana Karepe mid hund ehtatigum rciƿum Ʒeƿohte Bpýtene. Ðeƿ he þeƿ æƿoƿt Ʒeƿpenced mid Ʒrimmum Ʒeƿehte. Ʒ micelne dæl hiƿ hepeƿ 'ƿoplaðde. And ¹⁵ þa he ƿoplet hiƿ hepe abiban mid scottum. Ʒ Ʒeƿat into Galpalum. Ʒ þeƿ ƷeƷadonode riƿ hund rciƿa. mid þam he Ʒeƿat eft into Bpýtene. And þa hi æƿoƿt toƷedone Ʒeƿærðon. þa man ofƿloh þeƿ ²⁰ LaƷeƿeƿe Ʒeƿeƿan. þe þeƿ Labienuf Ʒehaten. Ða Ʒenamom þa palaf. and abriƿon sumpe ea ƿopð ealne mid rceappum "pílum Ʒreatum innan þam þeteƿe. rý ea hatte Temeƿe. Ða þ onƿundon þa Romani. þa nolðon hi ²⁵ 'ƿanon ofeƿ þone ƿopð. þa flugon þa Bpýtpalar to þam puðu fæƿſtenum. Ʒ þe Karepe Ʒeode þel manega heh-buƿh mid mýcelum Ʒeƿinne. Ʒ eft Ʒeƿat into Galpalum".

Anno

a Dalpeadingar. *Regius Bedæ Interpres.* *b* Hoc paucis complectitur Chronicon *Whe-*
loci: Ær Lriƿter Ʒeƿeƿeƿeƿe rýxti rintpa. Grauf Juluf þe LaƷepe æƿeƿt Romana
Bpýtene lond Ʒeƿohte. Ʒ Bpýttar mid Ʒeƿehte cniƿede. Ʒ hý ofeƿrýððe. Ʒ rpa
ðeah ne meahthe þæƿ riƿe Ʒeƿinnan: *Ante Christi incarnationem sexaginta annis,*
Caius Julius Cæsar primus Romanorum Britanniam petiit, Britannosque pugna op-
pressit, & illos devicit; veruntamen haud potuit regno potiri. *c* l. ƿoplaet. *d* l. pa-
lum. *e* l. ƿapan.

1 Ut ubi res veniret in dubium, magis de fœminea Regum profapia, quam de masculina,
Regem sibi semper eligerent. *Bed.* *2* Reuda. *Bed. Hunt.* *3* Dalreudini. *Bed. Hist. Eccl.*
l. 1. c. 1. cujus etiam nominis ibi rationem subjicit, quia (inquit) Lingua eorum dal partem
significat; ut sit, cohors hominum sub Reoda. A.S. dæl portio, dælan dividere. Goth.
ΔΑΛΙΑ pars, ΔΑΛΓΑΝ dividere. Alaman. teilen. Cimbr. ad teila. *4* Præter octoginta
onerarias, in quibus duæ legiones erant transportatæ, tradit Cæsar se octodecim naves equiti-
bus distribuisse. *Bell. Gall. lib. 4.* *5* Mendose (uti suspicor) Labienus; is enim multo tem-
pore post pugnam Britannicam Cæsaris extitit legatus, ac demum, defectione ad hostes facta,
in Bello, quod habuit cum Pompeii filii Cæsar, Hispanico periit. *A. Hirtius de Bell. Hispan. c. 4.*
Legendum vero fortasse Laberius, nam Q. Laberium Durum, tribunum militum, à Britannis
occisum memorat Cæsar in Comment. de Bell. Gall. l. 5. c. 5.

a riƿaðe.

Anno I. Octavianus ^a microde ^b LVI. pinter. 7 on þam ^c XLII. gearpe hys ricef Lpirt pær acenned. ^d Ða ^e tuncgel-pitigan of eart bæle ^f cuomon to s þon þ hý Lpirt ^h peorðedon. And þa cild on Beðleem ⁱ ofplegene pærpun ^j for Lpirtes ehtnerre ^k fram Herode:.

II.

^l Anno III. Her rpealt Herodes ^m fram him ⁿ rselsum ofreticod. 7 Archelaus hys ^o runu feng to rice. ^p And þ cild Lpirt pearð gebopen agean of Egiptan:.

IV.

V.

^q An. VI. Fram frýmðe middan- gearpdes oð hys gear pærnon agan v. ^r þurenðu pinter 7 tpa hund pinter:.

VII.

VIII.

IX.

X.

^s An. XI. * Her onfeng Herodes Antipatres runu to rice in Judea:.

An. XII. Philippus 7 Herodes ^t to-ðæl-ðun ^u Judeam ^v feoðericum ^w to-ðæl-ðun:.

XIII.

XIV.

XV.

An. ^x XVI. Her feng Tiberius to rice:.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

An. I. Octavianus regnabat annis ¹ LVI. anno autem regni sui quadragesimo secundo natus est Christus. ² lis temporibus, Magi ex partibus Orientalibus, Christi colendi causa, sunt profecti: ³ infantes item Bethlemitici ab Herode interfecti sunt, dum is Christum persequeretur.

An. III. ⁴ Hoc anno, Herodes sua manu confossus perit, & Archelaus ejus filius regnum capessit. ⁵ Christus item infans ex Ægypto relatus est.

An. VI. Ab initio mundi in hunc annum quinquies mille & ducenti anni effluxerunt.

⁶ An. XI. Hoc anno, Herodes Antipatri filius, Procuracionem Judææ suscepit.

⁷ An. XII. Philippus & Herodes partiti sunt Judæam; in quatuor autem regna distribuerunt.

An. XVI. Hoc anno, Tiberius imperium capessit.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

¹ An.

^a paxabe. Laud. Cot. ^b Sic Laud. Cot. mendose Wheel. & Cant. rýx 7 rýxrti. ^c Sic Laud. mendose Wheel. LXII. vitio fortasse Librarii literis transpositis. XLV. Cant. ^d Referuntur usque ad anni finem ad An. 2. Laud. Cot. Cant. ^e tuncgol. Cant. ^f coman. Laud. Cant. ^g þan. Laud. Cant. ^h purðoben. Laud. peorðoban. Cant. ⁱ ofplegene pærnon. Laud. Cot. ^k fram. Laud. ^l An. 2. Laud. ^m fram. Laud. ⁿ rylsum. Laud. ^o rune. Laud. ^p Ex MS. Cot. ^q An. 2. Laud. ^r eapdes. Laud. ^s þurenð. Laud. ^t Referuntur ad An. 6. Ben. * Cod. Petroburg. Notandum, quod in MS. Ben. quo usus est Wheelocus, occurrunt subinde caractere recentiori descripta quedam, manu fortasse Jocelini, ex Cod. Petroburgensi (uti putat Wheeloc.) exarata; ea nos per totum opus designamus hac nota --- Cod. Petroburg. ^u to-ðælðon. Laud. * Post to-ðælðun legunt Wheeloc. & Cant. 7 Lýriam. quæ tamen rectius opinor omisit Cod. Laud. hinc enim errorem Codd. Ben. & Cot. quibus usus est Wheelocus, irrepsisse existimo, quod Lyfias unus ex iis fuerit cui tetrarchie erant attributæ. ^x 4. picu. Laud. Hæc quæ ad An. 12. habet Wheelocus, sic se habent (sed ad An. 7.) in Cot. Her pearð Judea to-ðæled on foupe tetparchan: Hoc anno divisa erat Judæa in quatuor tetrarchias. ^y to-ðælðon. Laud. deest Cant. ^z 15. Cant.

¹ 56. annos, 6. menses, aliquantosque dies. Florentius Wigorn. 56. an. 6. mens. Bed. de sex ætatibus mundi. ² Ad an. 2. Mat. Westmonast. ³ Ad an. 4. Flor. secundum Computum Evangelii, quem sequimur ad an. 181. hujus Chronici; inde vero Computum secundum Dionysium. ⁴ Ad an. 6. Flor. ⁵ Ad an. 7. Flor. ⁸ West. ⁶ An. 7. Flor. ⁷ An. 7. West.

¹ An. XXVI. Hoc anno, Judææ procurationem suscepit Pilatus.

² An. XXX. Hoc anno, Christus baptizatus est: Petrus, Andreas, Jacobus, Joannes & Philippus, ac reliqui ex duodecim Apostolis convertebantur.

³ An. XXXIII. Hoc anno*, cruci suffixus est Christus, ab initio mundi quinque circiter millesimo, ducentesimo, vigesimo sexto.

⁴ An. XXXIV. Hoc anno, conversus est Sanctus Paulus, & Sanctus Stephanus lapidibus obrutus.

⁶ An. XXXV. Hoc anno, beatus Petrus Apostolus Sedem Episcopalem in Antiochena civitate constituit.

⁷ An. XXXVII. Hoc anno, Pilatus manu sua seipsum confodit.

An. XXXIX. Hoc anno, Caius imperium cepit.

An. XLIV. ³Hoc anno, beatus Petrus Apostolus Romæ Sedem Episcopalem constituit. Item Jacobus, Johannis frater, ab Herode morte multatus est.

An. XLV. Hoc anno, mortem obiit Herodes, qui anno uno ante suum obitum Jacobum interfecit.

An. ^aXXVI. Hæp onfeng Pilatur ^bgy-munge ofer ^cþa" Judæar:.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

An. XXX. Hæp þær Eþur ^dgeful-luhtub. 7 Petrus 7 Andreas ^egehpyrþon. 7 Jacobur 7 oanner ^f7 Philippur". 8 7 þa xii. Apoytolar":.

XXXI.

XXXII.

An. XXXIII. Hæp þær Eþur ahangen ^hþrom fruman" midban-ⁱgearþer ymb þær ^kðurfendo-pintpa ^l7 cc. 7 ^mxxvi". pintpa:.

An. XXXIV. Hæp þær ⁿrcr" Paulur ^ogehpyrþed. 7 rcr Stephanur ^pþar" ^qof-15 ^rtopþod:.

An. XXXV. Hæp þe eadiga Petrus þe Apoytol geræt ^rBirceop-þetl ^sin Antiochia ^tþære" ceapþre:.

XXXVI.

²⁰ An. XXXVII. Hæp Pilatur ofrloh hyne rylne mid hir agenpe handa":.

XXXVIII.

An. XXXIX. Hæp ^x onfeng Traur ^yrice":.

25

XL. XLI. XLII. XLIII.

¹ An. XLIV. Hæp þe eadiga Petrus þe Apoytol geræt ^rBirceop-þetl on Rome:.

² Hæp Jacobur. Johanner broþer. þearð ofrlagen fram Herode":.

30

^a An. XLV. Hæp Heroder ^bapealt. þe þe Jacobum ofrloh. ^cane geape ær hir ^dag-num ^edeape:.

^a An.

^a 25. Cant. ^b gymene. Laud. Cot. ^c Ex Laud. Cot. ^d gefulpað. Cant. gefullod. Laud. Cot. ^e gehpyrþede. Laud. gehþeuede. Cot. gehpyrþede. Cant. ^f Deest Laud. ^g Sic Laud. & Cant. Sed Codd. Benedict. & Cot. quos secutus est Wheelocus, hæc ultima verba mendose ponunt post gefulluhtub, tanquam sensus esset --- Hoc anno, Christus, cum duodecim Apostolis, baptizatus est. ^h fram þrýmðe. Cant. ⁱ earþer. Laud. ^k ðurfend. Laud. ^l Mendose Wheelocus. 7 tpa 7 rýx 7 tþenti. ^m 23. Cant. ⁿ Ex Laud. Cot. Cant. ^o gehpyrþed. Cot. ^p Ex Cot. ^q oftopuod. Cot. ^r birceop-þtol. Cot. bishop-þetl. Cant. ^s on. Laud. Cant. Cot. ^t Deest Laud. ^u Ex Cot. ^x Traur þeng to rice. Cot. ^y An. 45. Laud. ^z Ex Cot. ^a An. 46. Laud. ^b rþealt. Laud. ^c anum. Laud. ^d agenum. Laud. ^e deape. Cant.

¹ An. 29. Flor. ² An. 31. Flor. ³ An. 34. Flor. * 8. die Aprilis. Flor. West. ⁴ An. 35. Flor. ⁵ An. 35. West. ⁶ An. 38. Flor. & an. 34. West. hæc ita tradunt --- S. Petrus cathedram Antiochenæ Ecclesiæ tenet annis 7. ⁷ An. 42. Flor. ⁸ Ad an 46. Petrus Apostolus, cum primus Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam mittitur, ubi Evangelium prædicans, 25. annis, mensibus 6. diebus 13. Episcopus ejusdem urbis perseverat. Flor.

^a An.

^a An. XLVI. ^b Hæp Claudiur. oðer Romana cýninga. Bpætene 'lonð" zepohte. 7 þone ^d manan dæl 'ðær ealonder" on hys zepealb onfeng. 7 eac ƿilce Orchadur ða ealond Romana cýnedome under-
 5 ðiobde. ^f Ðis ƿær feopðer zeaper hys ricef. ^g 7 on hys ylcan zeape zepearð re mycela hungur on Sýria" þe Lucas recð on þape boc Actur Apoftolorum". ^h Ða feng Nepo to rice æfter Claudie. re

10 ⁱ An. XLVII. Marcus re Godþellepe in Ægypta aginð ƿritan þ Godþpell".

XLVIII. XLIX.

^k An. L. Hæp Paulur gebunden pearð zepend to Rome".

LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI.

An. LXII. Hæp Jacobur. ^l Crifter broðer". ^m þropode.:

20 An. LXIII. Hæp Marcus re Godþellepe forðþerde.:

LXIV. LXV. LXVI. LXVII.

An. LXIX. ⁿ Hæp Petrus 7 Paulur þropodon".

An. XLVI. ¹ Hoc anno, Claudius ex Romanis Imperatoribus secundus qui Britannorum terram petebat, majorem hujus Insulæ partem suæ fecit potestatis, atque Orcadum Insulas sub imperium Romanorum subjunxit". Hoc gestum est anno quarto sui imperii. ² Eodem ipso anno, magna fames in Syria contigit, quam memorat Lucas in libro [qui inscribitur] ACTUS APOSTOLORUM. Post Claudium Nero imperium cepisset, qui propter suam ignaviam Britannæ Insulam prope amisit.

³ An. XLVII. Marcus Evangelista in Ægypto suum Evangelium scribere instituit.

15 ⁴ An. L. Hoc anno; Paulus Romam vinctus mittebatur.

LVII. LVIII. LIX. LX. LXI.

⁵ An. LXII. Hoc anno, Jacobus, frater
 20 Domini, ⁶ passus est.

⁷ An. LXIII. Hoc anno, Marcus Evangelista ⁸ defunctus est*.

LXVII.

⁹ An. LXIX. Hoc anno, Petrus & Paulus
 25 ¹⁰ passi sunt.

¹ An.

^a An. 47. Laud. ^b Hæp Claudiur Romana cining zepat mid hepe on Bpætene. 7 þ igland zeeode. 7 ealle Pihtra. 7 Valar under-þeodde Romana rice. Laud. Hoc anno, Claudius, Romanorum Imperator, transibat cum exercitu in Britanniam, eamque Insulam subjugavit; omnes etiam Pictos & Britannos in Romanorum ditionem redegit. --- Hæp Claudiur re Kapene com to Bpætlande. 7 zeeode mycel þær eglanðer. 7 eac þ eglanð of Oncame he zeehte to Romanan. Cot. Hoc anno, Claudius Caesar Britanniam petiit, & magnam partem hujus Insulæ subjugavit; Insulam etiam Orcadum Romanis subdidit. ^c Deest Cant. ^d mærtan. Cant. ^e Deest Cant. ^f Cod. Petroburg. Desunt Cant. --- Ðis zepoht he zepemeðe þam feopþan zeape hys ricef. þam zeape zepearð re mycla hungur on Sýria. þe per foperezegad on Actibur Apoftolorum þuph Agabum þone ƿitegan. Laud. Prælium hoc confecit anno sui Imperii quarto; quo anno magna fames fuit in Syria, quæ prænunciata fuerat in Actibus Apostolorum, per Agabum Prophetam. ^g An. 47. On þruma zeape ƿær ƿriðe ƿrið hungur. Cot. Hoc anno fuit fames gravissima. ^h Ex Laud. ⁱ Ex Cot. ^k Ex Cot. ^l Sic Cot. ƿpater þni. Laud. Wheeloc. Cant. ^m þropode. Laud. ⁿ Hæp Petrus þropode on þode. 7 Paulur ƿær ofplagen. Cot. Hoc anno Petrus in cruce passus est, & Paulus fuit occisus.

¹ Ad an. 48. Flor. 44. West. ² Ad an. 48. Flor. ³ Ad an. 55. Marcus Evangelium quod Romæ scripsit, Petro mittente, in Ægypto prædicat. Flor. ad an. 42. Bed. -- Marcus Evangelista Evangelium, quod Petro narrante conscripserat, primum Aquileiæ prædicavit, ibique ordinato Hermagora discipulo suo, ad Ægyptum pervenit. West. ⁴ An. 60. Flor. ⁵ An. 64. Flor. ⁶ Lapidatur. Flor. West. ⁷ An. 67. Flor. 46. West. ⁸ Alexandriae Martyrium complevit. West. * ⁷ Maii, die Paschæ. Flor. ⁹ An. 72. Flor. 66. West. ¹⁰ Petrus crucifixus, Paulus gladio cæsus. Flor.

¹ An. LXX. Hoc anno, Vespasianus imperium cepit.

² An. LXXI. Hoc anno, Titus, Vespasiani filius, Judæorum undecies centum millia Hierosolymis interfecit.

LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV.

³ An. LXXXI. Hoc anno, post Vespasianum Titus imperio potitus est, qui solebat dicere, diem se perdidisse in quo nihil boni fecisset.

⁴ An. LXXXIII. Hoc anno, Domitianus, Titi frater, imperium suscepit.

⁵ An. LXXXIV. Hoc anno, Johannes Evangelista in Insula Patmo Librum exaravit, qui vulgo appellatur APOCALYPSIS.

LXXXV. LXXXVI. LXXXVII.

An. XC. ⁶ Hoc anno, Simon Petrus, Christi † propinquus, cruci affixus est *; & Johannes Evangelista Ephesi vitam finivit.

⁷ An. XCII. Hoc anno, Clemens Papa ⁸ defunctus est.

XCIII. XCIV. XCV. XCVI. XCVII. 25

CIII. CIV. CV. CVI. CVII.

⁹ An. CX. Hoc anno, ¹⁰ passus est * Ignatius Episcopus.

CXI. CXII.

¹ An. CXIV. Alexander hic constituit aquam benedictam fieri.

An. LXX. ^a Hæp Vespasianus ^b onfeng rice":

An. LXXI. Hæp Titus. Vespasianus sunu. ^c in Hierusalem ofroloh ^d Jubea ^e end-lyuan ^f ʒan hund ^g f þurenba:.

LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX.

An. LXXXI. Hæp ^h Titus ⁱ þeng to rice" ^j æfter Vespasiane". ^k se þe ʒæde. ^l þ he þone dæg forlure. ^m þe he ⁿ noht to 10 ʒode on ne ^o ʒedybe:.

LXXXII.

^m An. LXXXIII. Hæp Domicianus. Titer þnoðor. þeng to rice:.

An. ⁿ LXXXIV. Hæp Johanne ʒe ^o Grod- 15 ʒpellepe ^p in Patman þam ^q ealonde" ^r ʒpat þa boc ^s þa man clpað" Apocalyps:.

LXXXVIII. LXXXIX.

An. ^t XC. Hæp Simon ^u Petrus ^v Eþurtes mæi" ^w pær ahangen. ^x ʒ Johanne ʒe Grod- 20 ʒpellepe ^y hine ʒeþerte" ^z in ^a Eþferio":.

XCI.

An. ^b XCII. Hæp Clemen ^c re" Papa ^d þorðþerde:.

XCVIII. XCIX. C. CI. CII.

CVIII. CIX.

An. ^e CX. Hæp Ignatius ^f re" ^g biþceop ^h þropode:.

CXIII.

CXV.

a Hæp agann Vespasianus to ʒixiende. *Cot.* Hoc anno Vespasianus incæpit regnare. *b* þeng to rice. *Cant.* *c* on. *Cant.* *Cot.* *d* Judeiscpa manna. *Cot.* *e* Sic MS. *Cot.* Mendose Laud. *Wheeloc.* cxi. *f* þurenð. *Laud.* *g* þeng Titus to rice. *Cant.* *h* ʒixað. *Cot.* *i* Ex *Cot.* *k* naht. *Cant.* *l* dybe. *Laud.* *m* An. 84. *Laud.* *n* 87. *Laud.* *o* Aportol. *Cot.* *p* on Patmo þæm ealande. *Cant.* *q* ʒlande. *Laud.* *r* appæt. *Cant.* *s* Ex *Cot.* *t* 100. *Laud.* *Cant.* *u* se Aportol. *Laud.* *Cant.* *x* Ex *Cot.* *y* þorðþerde. *Cot.* ʒeþerte on þam dæge hi Eþfero. *Cant.* *z* Deest *Cot.* *a* Eþferia. *Laud.* *b* 101. *Laud.* *Cant.* *c* Ex *Cot.* *d* þorþerde. *Laud.* *e* 109. *Cant.* *f* Deest *Laud.* *g* biþchop. *Cant.* *h* þropade. *Laud.* þropode. *Cot.* *Cant.* *i* Ex *Laud.* quæ sic habet Florentius Wigorn. Alexander Papa constituit aquam sparsionis cum sale benedicto in hominum habitaculis spargi.

¹ An. 74. Flor. 71. West. ² An. 76. Flor. ³ An. 84. Flor. ⁴ An. 86. Flor. ⁵ An. 100. Flor. ⁶ Ad an. 114. Flor. † Cleophas enim, cujus filius iste fuit, frater erat Joseph. Bed. in Martyrol. * 12. Cal. Martii. Bed. Martyrol. ⁷ An. 100. Flor. ⁸ passus est. Flor. ⁹ Ad an. 115. Flor. ¹⁰ bestiis traditur. Flor. * Kal. Febr. West. Bed. in Martyrol.

CXV.

* An. CXVI. *Deþ* Adrianuſ ſe Laſene
agan to piſienne:.

¹ An. CXVI. Hoc anno, Adrianus Im-
perator regnare incœpit.

CXVII. CXVIII. CXIX. CXX. CXXI. CXXII. CXXIII.

^b An. CXXIV. Syxtus Papa hic conſtituit ymnum decantare SANCTUS, SANCTUS, SAN-
CTUS, in officio Miſſæ.

CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXI.
CXXXII. CXXXIII.

^c An. CXXXIV. Teleſphorus Papa hic conſtituit ymnum Angelicum decantari GLORIA
IN EXCELSIS DEO diebus feſtis.

CXXXV. CXXXVI. CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLI.

An. ^d CXLV. *Deþ* Marcuſ Antoniuſ
ʒ Aupeliuſ hiſ bpo^þer ſenʒon to pi^ce":.

An. CXLV. Hoc anno, Marcus * Anto-
nius & Aurelius frater ² regno potiti ſunt.

CXLVI. CXLVII. CXLVIII. CXLIX. CL. CLI. CLII. CLIII.
CLIV. CLV. CLVI. CLVII. CLVIII. CLIX. CLX. CLXI.
CLXII. CLXIII. CLXIV. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXVIII. CLXIX.
CLXX. CLXXI. CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. CLXXV. CLXXVI. CLXXVII.
CLXXVIII. CLXXIX. CLXXX. CLXXXI. CLXXXII. CLXXXIII. CLXXXIV. CLXXXV.
CLXXXVI. CLXXXVII. CLXXXVIII.

An. CLXXXIX. *f* *Deþ* Seuenuſ ſenʒ
to pi^ce. ʒ ſen^þe mi^þ hepe on Bpýtene. ʒ
mi^þ ʒeſeohte ʒeeode þer iſlander mý-
celne ðæl. ʒ þa ʒepohte he peall mi^þ tur-
fum. ʒ bped peall þær on uſon. ꝥſam ʒæ 25
to ʒæ. Bpítalumu to ʒebeorʒe. *De* pi-
xabe xvii. ʒear". *ʒ* ʒa ʒeendode on
Eveppic. ^b ʒ " Baſſianuſ hiſ ſunu ſenʒ
to pi^ce":. ¹ Oþer hiſ ſunu þer ʒehaten
¹ Geza ſe ƿoppearð". ¹ *Deþ* Eleu^þer on 30

³ An. CLXXXIX. Hoc anno, Severus
Imperium ſuſcepit, & profectus cum exer-
citu in Britanniam, magnam hujus Inſulæ
partem pugna ſubegit. Tum ⁴ vallum fecit
de ceſpitibus, ac deinde latum murum, de-
mari ad mare, Britannis quod eſſet præſidio.
Regnavit annis ſeptendecim, & Eboraci diem
obiit ſupremum, eique Baſſianus filius in Im-
perio ſucceſſit. Ejuſdem filius natu minor
³⁰ Geza appellatus, ⁵ interiit. ⁶ Hoc anno Eleu-
therius

a Ex Cot. *b* Ex Laud. *c* Ex Laud. *d* 155. Laud. Deeſt Cant. *e* Cod. Petroburg.
f Hæc paucioribus complectitur Wheeloc. *Deþ* Seuenuſ onſenʒ pi^ce. ʒ pi^crode ƿeoſentine
pinter. ſe Bpeten lond mi^þ ðice beʒýpde ꝥrom ʒæ oð ʒæ. Hoc anno, Severus Imperium
capellit, & annis ſeptendecim imperavit. Is Britanniam vallo cingebat de mari ad mare.
Quæ iuſdem pene verbis exprimit Cod. Cant. anno 188. verum pro ƿeoſentýne legit 14. ac
pro beʒýpde legit ƿorʒýpde. Ad Annum vero 178. Sic Cot. *Deþ* Seuenuſ on Bpýtene
ʒepohte peall oꝝ turfum. ƿiððan he ꝥ land mi^þ ʒeſeohte ʒepann. ʒ bpeden peall þær
on uſon ꝥſam ʒæ to ʒæ. ʒ he pi^xabe 17. ʒear. Hoc anno, Severus in Britannia fecit mu-
rum de ceſpitibus, poſtea quam eam terram prælio ſuperaveſſet, & deinde latum murum de
mari ad mare; atque 17. annis imperavit. *g* Cod. Petroburg. uſque ad Oþer &c. *h* Deeſt
Laud. *i* Ex Laud. *k* l. Geza. *l* Ad an. 167. Cant. Laud. An. cXLVII. (pro CLXVII.
literis fortaffe vitio Librarii tranſpoſitis.) *Deþ* Eleu^þer ſenʒ to Pappome. ʒ heold 15.
pinter. And on ðýran ylcan ʒeape ſen^þo Luciuſ cinʒ Bpítalana ʒ bæð ƿulpihter. ʒ

1 An. 124. Flor. 118. Weſt. * l. Antoninus. 2 Conſules facti ſunt. 3 Ad an. 181.
Flor. 192. Weſt. 4 Vide Camd. Britanniam. An. Dom. 205. vallum hoc fecit. Weſt.
5 à Baſſiano interfectus. 6 Ad an. 162. Flor. 185. Weſt.

therius Romæ suscepit Episcopatum, quem
 1 quindecim annorum spatio gloriose tenebat.
 2 Ad eum Lucius, Britannorum Rex, literas mittebat, oratum ut Christianus fieret;
 3 eiusque factus est petitionis compos; ac ii inde ad imperium usque 4 Diocletiani in Orthodoxa fide permanserunt.

CXC. CXCI. CXCL. CXCLII.

5 An. CXCIX. Hoc anno, inventa est sancta Crux.

CC. CCI.

6 An. CCII. Victor Papa hic constituit ut Pascha die Dominico celebretur sicut prædecessor ejus Eleutherus.

CCIII. CCIV. CCV. CCVI. CCVII. CCVIII. CCIX. CCX.
 CCXI. CCXII. CCXIII. CCXIV. CCXV. CCXVI. CCXVII. CCXVIII.
 CCXIX. CCXX. CCXXI. CCXXII. CCXXIII. CCXXIV. CCXXV. CCXXVI.
 CCXXVII. CCXXVIII. CCXXIX. CCXXX. CCXXXI. CCXXXII. CCXXXIII.
 CCXXXIV. CCXXXV. CCXXXVI. CCXXXVII. CCXXXVIII. CCXXXIX. CCXL. CCXLI.
 CCXLII. CCXLIII. CCXLIV. CCXLV. CCXLVI. CCXLVII. CCXLVIII.
ab Ecgberhto expulsus restituitur	71,34	828	obsidet castellum Dol	183,33	1076
Wiht. v. Veda.			foedus ferit cum Francorum Rege	183,40	1077
Wihtburgæ corpus incorruptum reperitur	68,13	799	pugnat contra fil. suum Rotbertum	184,12	1079
Wihtgarus una cum Stufu venit			ducit exercitum in Walliã	184,25	1081
			terrarum per Angliam catalogum conficit	186,29	1085
			transfretat in Normanniam	187,17	1085
			ejus tyrannis	187,20	
			ejus in terris elocandis injustitia	188,24	

C H R O N O L O G I C U S .

invadit fines Regis Francorum		Regis terras in Normannia vexat	
	p.188, 146	1086	212,46 1105
moritur	189,12	1086	prehenditur 214,15 1106
ubi sepelitur	189,15		Willelmus Crispin in prælio contra
ejus testamentum	189,24		Henricum I. fugatur 214,18 1106
ejus vitæ ratio	189,30		terris privatur 217,10 1112
ejus imperium	190,36		Willelmus Mallet terris privatur
Willelmus fit Ep. Lunden	165,7	1048	216,19 1110
Willelmus fit Ep. Dunholm	179,14	1080	Willelmus Bainart terris priva-
Willelmus fit Ep. Elmhamensis	179,23		tur 216,19 1110
	186,26	1085	Willelmo, Henrici I. filio, Norman-
Willelmus II. Angliæ Rex	192,16	1086	ni jurant 218,42 1115
distribuit Ecclesiis nummos ob pa-			ducit uxorem filiam Comitis de
tris animam	192,28	1086	Angeou 221,26 1119
ab eo plurimi subditorum defi-			aquis demergitur 222,19 1120
ciunt	192,42	1087	Willelmus de Curboil fit Archiep.
eos debellat	194,10	1087	Cant. 225,10 1123
exagitat frat. Rodbeardum	196,6	1090	consecratur 225,29 1123
transit in Normanniam	196,39	1091	it Romam 225,37 1123
foedus facit cum fratre	196,41	1091	ægre Pallium adipiscitur 226,3 1123
foedus facit cum Melcolm R.	197,43	1091	it Romam cum Joanne de Creme
restaurat Carleolum	198,20	1092	229,30 1125
morbo corripitur	198,30	1093	indicit Synodum Londini 233,48 1129
ei cum Melcolmo ortæ discor-			moritur 241,26 1140
diæ	199,4	1093	Willelmus de Romare à Rege Hen-
transfretat	200,18	1094	rico deficit 226,39 1123
per Normann. prædas agit	200,36	1094	Willelmus, Rodberti fil. bellum ge-
redit in Angliam	201,43	1095	rit adversus Henricum R. 227,36
copias ducit adversus Northym-			fit Flandriæ Comes 230,49 1127
bræ Comitem	202,25	1095	duæ ejus uxores quæ 231,4
Tinemutham expugnat	202,31	1095	vulneratur 232,47 1128
copias ducit in Walliam	202,49	1095	in S. Berhtini Monasterio mori-
expugnat Bebbanburh	203,15	1095	tur 232,48 1128
emit Normanniam à fratre	204,26	1096	Willelmus de Waltuile fit Abbas
redit in Angliam	205,1	1097	de Burh 244,18 1154
ducit exercitum in Walliã	205,9	1097	Willelmus de Romare tenet castel-
transit in Normanniam	205,40	1097	lum de Lincoln contra Steph-
Cynomanniam subjugat	207,7	1099	num R. 241,36
Sagitta occiditur	207,25	1100	Wiltun diripitur 133,28 1003
ejus mores	207,31		Wina fit Ep. Winton. 39,10 660
Willelmus de Ou superatur simplici			Winburnense monasterium constru-
prælio	204,4	1096	tur 51,25
oculis ac testiculis privatur	204,9	1096	Wintancestræ Vetus Monasterium
Willelm de Aldari suspenditur	204,11	1096	construitur 31,26
Willelmus Giffard fit Episc. Winton.	208,18	1100	duæ Abbatæ construuntur 117,32
exulat	211,8	1103	Synodus celebratur 178,31 1071
moritur	234,25	1129	179,4 1075
Willelmus de Moretonn à Rege			oppidum tenetur à Regis Step-
Henr. I. deficit	212,19	1104	ni hostibus 242,6
			expugnatur 242,16

INDEX RERUM CHRONOLOGICUS.

Witba Longobardis præficatur		Wulfricus moritur	99,21	897	
<i>p.89, l.24</i>	887	Wulfricus occiditur	139,20	1010	
Withami castell. construitur	103,34	Wulfricus fit Abb.S.Augustini	158,5	1043	
Wocing Monasterium datur Eccle-		moritur	170,27	1061	
fiæ Medeshamstedenfi	62,6	Wulsttanus Diaconus moritur	117,22	963	
Worrus Præf. moritur	68,20	800	Wulfigus Abbas occiditur	150,10	1016
Wulfeah excæcatur	135,2	1006	Wulsttanus I. Archiep. Ebor. mori-		
Wulfgarus fit Abbas de Abbandune		tur	115,37	956	
moritur	126,13	989	Wulsttanus II. Archiep. Ebor. mori-		
	150,36	1016	tur	152,27	1023
Wulfgeatus honore privatur	135,1	1006	Wulsttanus Ep. Wigorn. mittitur		
Wulfheardus Danos vincit	73,16	837	Eboracum ad consecrandum Or-		
moritur	73,19	837	cadum Episcopum	179,10	1076
Wulfheardus occiditur	99,4	897	propugnat Wigorniam contra re-		
Wulhelmus fit Archiep. Cant.	111,7	925	belles	193,35	1087
it Romam	111,13	927	Wulstcetelus, Abbas Crulandenfis,		
Wulfherus fit Merciorum Rex	34,5	656	privatur Abbatia	179,22	1085
chartam concedit Ecclesiæ Medef-			Wulfwoldus, Abbas Ceortefigenfis,		
hamstedenfi	34,6		moritur	185,35	1084
prælio superatur à Cenwallo	39,14	661	Wyrtegeorn. v. Vortigernus.		
devastat Vectam Insulam	39,19	661			
pugnat contra Æscwinum	41,20	675	Y.		
moritur	41,22	675			
Wulfherus Ep. moritur	92,10	893	Ymma. v. Ælfgifa.		<i>A. D.</i>
Wulfherus interficitur	131,10	1001	Yricus fit Northymbrorum Rex		
Wulfnothus deficit à Rege Æthel-			<i>p.115, l.24</i>	952	
redo	137,12	1009	regno privatur	115,27	954
Wulfredus fit Archiep. Cant.	69,3	803	Yricus fit Comes Northymbrorum		
accipit Pallium	69,6	804	Northymbriæ præficatur	151,2	1017
it Romam	69,29	812	Yrlingus una cum Lotheno oras An-		
revertitur	69,34	813	gliæ maritimas vastat	158,33	1046
moritur	72,6	829	Ysopa Dux interficitur	101,29	905
Wulfredus Dux moritur	97,34				

F I N I S.

R E G U L Æ

AD INVESTIGANDAS
NOMINUM LOCORUM
ORIGINES.

N O M I N U M
Locorum & Virorum

IN HOC CHRONICO MEMORATORUM,
E X P L I C A T I O.

A L P H A B E T U M

ANGLO-SAXON. GOTHICUM.

fig. pot.	pot.	fig. pot.	pot.	fig. potestas.	potestas.
A	A	a	a	𐌰	a
B	B	b	b	𐌱	b
L	C	c	c	𐌲	g
D	D	d	d	𐌳	d
E	E	e	e	𐌴	e
F	F	f	f	𐌵	f
G	G	g	g	𐌶	
h	H	h	h	𐌷	h
I	I	i	i	𐌸 & I	i
K	K	k	k	𐌹	k
L	L	l	l	𐌺	l
M	M	m	m	𐌻	m
N	N	n	n	𐌼	n
O	O	o	o	𐌽	o
P	P	p	p	𐌾	p
R	R	r	r	𐌿	
S	S	s	s	𐍀	r
T	T	t	t	𐍁	f
Ð	TH	þ	th	𐍂	th
U	U	u	u	𐍃	t
V	W	v	w	𐍄	u
X	X	x	x	𐍅	
Y	Y	y	y	𐍆	w
Z	Z	z	z	𐍇	x
				𐍈	z

Respondet J consono in Gall. *jour*, vel literæ *p* in Angl. *your*.

Sonat quandoque ut *q*. quandoque ut *wh*, Anglorum, vel *quh* Scottorum.

In initio vocis valet *cw*; in medio fere *c*.

REGULÆ GENERALES

AD INVESTIGANDAS ORIGINES

NOMINUM LOCORUM.

Ab.

A B. in initiis nominum Locorum deducendum sæpenumero est per contractionem ab Abbot, *Abbas*; & indicio est vel ibi Monasterium antiquitus constituisse, vel saltem ad Abbatiam aliquam locum eum spectasse.

Ac. Ak.

Syllabæ initiales *ac. ak.* originem ducunt à *Sax. ac, quercus, robur.*

Ad. At.

Ad. at. in initio non videntur aliunde deduci quam à *S. æt, apud*, quod nominibus locorum præponere solebant Anglo-Saxones.

Al. Attle. Adle.

Syllabæ initiales *al. attle. adle.* contractæ videntur ex *Saxonico æpel, nobilis, egregius. Isl. adall, nobilis prosapia; edla & edal madur, nobilis, generosus; atl, genus, stemma, stirps;* ut *Adlestun*, contractæ pro *Æthelestun*. Quod si Syllaba *ing* harum aliquam sequatur, deducendæ sunt à *S. æpeling, nobilis, splendidus, inclutus*, ut *Allington, Adlington*; quæ certe olim scribebantur *Ethelingatun*.

Al. Ald. Au.

Syllabæ *al. ald.* in initiis videtur profluxisse ab *eald, vetustus*, ut *Alborough, Alderley, Alderminster*. Eiusdem originis videntur esse plurima in *au* incipientia, *l* pro more Normannorum in *u* liquefacto, ut, *Auborn* antiquitus fortasse *Albupn*, & *Aunton* in agro Wigornienfi scribitur etiam hodie *Aldington*.

Al. Hal.

Syllabæ *al. hal.* profluunt à *Sax. healle, aula, palatium. G. Alh, templum;* item *prætorium, basilica, vel aliud quodvis illustre ædificium.*

Ask. Ash. As.

Syllabæ initiales *ask. ash. as.* proveniunt à *S. ærc, fraxinus. Isl. askur, fraxinus*, sive generaliter *omnis arbor.*

Bam. Beam.

Bam. beam. indicant fere locum istum cui præponuntur *sylvestrem* fuisse: à *S. beam, trabs, stipes.*

Barrow.

Barrow sive terminale, sive per se positum, deducitur à *S. beappe, beapupe, nemus, lucus.* Nec, mea quidem opinione, aliunde petenda est Syllaba initialis *bar*, in *Barton*, &c. contractæ pro *Barrowton*. Quod si nonnulla hujus appellationis oppida arboribus hodie sint penitus nudata, animadvertendum est sylvas amplas, & olim & intra hanc etiam memoriam in agros, incolarum diligentia, conversas fuisse. Sin vero malit quispiam à *Sax. bap, aper, vel à bape, nudus*, syllabam hanc deducere, nihil repugno. *Barton* etiam, nec fortasse incommode, deduci potest à *Sax. bepe hordeum, & tun oppidum*; quo modo *barn* videtur profluxisse à *bepe hordeum, & epne casa, domus.*

Brad.

Brad in initio nominum locorum significat *latus, spatiosus, vastus*: à *Sax. bpad, Goth. BRAD, latus.*

Brig. Brix.

Brig (ut etiam fortasse *brix* in *Brixworth, Brixtoke*) profluit à *Sax. bpicg, pons*; Anglis Borealibus à *brigge*; sed Australibus, qui verba delicatius nimirum efferunt, à *bridge.*

Brun. Bran. Brown. Bourn. Burn.

Per Syllabas *brun. bran. brown. bourn. burn.* sive in initio sive in fine nominum locorum

fluvius designatur: à *Sax.* bopn. bounp. bpunna. bupna. *Goth.* **BRUNNA**. *Isl.* brunmir, fons. at brunna, adaquare. bryning, adaquatio. *Bran* autem idem plane significare ac *burn*, perspicuum est ex chartis quibusdam MSS. Cl. *Henr. Spelmanni*, quæ vocant *Leofricum* filium *Herewardi*, *Leofricum* de *Burne*, alias de *Brane*. Idem de *brun* & *braun* confirmant *Brunburh* in agro *Cestriensi* ad ripam fluminis *Merseii*, & *Braunston* in agro *Rutlandensi* ad ripam etiam fluminis situm.

Bur. Bour. Bor.

Syllabæ *bur. bour. bor.* in initiis nominum Locorum, deducendæ sunt à *Sax.* bup, *conclave*.

Burrow. Burh. Burg.

Syllabæ terminales *burrow. burh. burg.* &c. deducuntur à *S.* bupꝛ. býpꝛꝛ. *G.* **BARĠRS**. *Isl.* borg, urbs, civitas, arx, castrum, burgus, municipium, oppidum. Hæc autem, mea quidem sententia, defluerunt à *beopꝛ*. *Goth.* **BARĠR**. *Isl.* biarg, berg, rupes, saxum. bærg, jurvo. biarga, opitulari: oppida enim solebant antiquitus in locis eminentioribus ædificari. Unde est quod nostræ gentis Historiæ produnt, plurima per Angliam oppida insignia, quæ in vallibus hodie consistunt, primum super montes fuisse constructa; incolas autem aquarum inopia coactos in loca inferiora descendisse. De Britannorum oppidis idem affirmant *Cæsar* & *Tacitus*.

Bye. Bee.

Syllabæ finales *bye. bee.* fluxerunt à *Sax.* bý. býng. *Isl.* by, habitatio. *S.* býan. *Goth.* **BARĠAN**. *Isl.* bua, habitare.

Car. Char.

Syllaba initialis *car.* deducitur à Britannico *caer* urbs, civitas. Id quod in primis suadent quamplurima ejusmodi nomina apud *Cornwallos* & *Anglos Boreales*, quas quidem sedes *Britanni* omnium diutissime tuebantur. Ejusdem plane originis existimo esse Syllabam initialem *char.* litera (*b*) postposita literæ (*c*) ad morem *Normannorum*.

Caster. Chester.

Terminationes *caster. chester.* &c. ortæ sunt à *S.* ceaptes, urbs, civitas, oppidum, castrum, castellum. *Versteganus* ac post illum *Somnerus* opinantur *ceaptes* non esse vocabulum

pure *Saxonicum*, & quo usi sunt *Germani* ante suum in Angliam adventum, sed *Romanæ* originis, scilicet à *castrum*. Conjectura primo certe intuitu verisimilis; sed in qua me plane confirmavit *Burtoni Itinerarium*, ubi adnotatum est, ejusmodi solum locis adjectas esse terminationes *chester. ceaster. cæster.* &c. in quibus *castra* *Romani* olim construxerant.

Chip. Cheap. Chipping.

Chip. cheap. chipping. &c. testantur oppidum tunc cum nomen ei erat inditum, fuisse mercatorium: à *Sax.* cýpan, ceapan. *Isl.* ad kaup, emere, vendere, mercaturam facere; post (*c*) posita litera (*b*) ut *Chipham* contracte pro *Chippenham*: *Chipping Wiccomb, Chipping Norton, Chipping Camden, Chipping Sodbury*: & *Cheap-side* vicus ille præclarus *Londinensis*. Eandem originem agnoscere videntur *Suedorum* ac *Danorum* oppida in *copen* exeuntia; ut *Ny copen*, i. e. *new market*: ita etiam *Norcopen, Linco-pen, Fencopen*. Hinc item (ut id obiter mentionem) *chop* in phrasi ista satis vulgari *to chop and change*; & fortasse *shop*, officina.

Cliff. Clive.

Syllabæ *cliff. clive.* sive in initio sive in fine significant *clivum, rupem.* à *Sax.* cliꝛ, idem.

Cloe. Clow.

Syllabæ *cloe. clow.* deducuntur à *S.* clough rima, fissura ad clivum montis. Quo quidem, opinor, sensu *Boreales* hodie dicunt a *slough*.

Comb. Comp.

Comb. in fine, & *comp.* in initio nominum Locorum videntur indicare situm loci depressiorem; à *Brit.* *kum*, quod idem significat. Non aliunde autem quam ex *Britannico* petendam esse harum Syllabarum originem, suadent quamplurima ejus generis nomina oppidorum apud *Cornwallos* & *Devonienfes*, quo sedibus exutos *Britannos* salutis causa confugisse norunt omnes.

Cot. Cote. Coat.

Syllabæ *cot. cote. coat.* sive in initio nominum Locorum, sive in fine, *domunculam, casam, tugurium* significant; à *Sax.* cot, casa: unde *cot-ræta, casa habitator*; & apud *Boreales* a *shep-coat*, ovile.

Crag.

Crag. five in initio five in fine *rupem præruptam & eminentem* significat, estque Britannicæ originis: Britannis enim *crag* eodem sensu usurpatur. Hoc autem adnotatum in gratiam præsertim nostratium, apud quos loca plurima (nec scio an alibi ulla) hujus tum initii tum terminationis reperiuntur.

Den.

Nominibus Locorum adjecta erat Syllaba *den*, quoddam five in vallibus five in sylvis ea erant sita; *Saxonicum* enim *den* significat tum *vallē* tum *locum sylvestrem*. Hinc autem (ut observavit Cl. Somnerus) tot sunt hujus terminationis Locorum nomina in saltu Cantiano; *Tenterden, Biddenden, Bennenden, Marden, Smarden, &c.* Saltus enim iste olim incultus porcis glande querna saginandis erat præcipue designatus.

Der.

Quæ habent in initio *der*. ea loca antiquitus fuisse *ferarum* saltus tuto opinari licet; à *Sax.* *deop, fera*. Nisi celebri alicui fluvio adsideant; illa enim fortasse verisimilius deduci possunt à *Brit. dur*, aqua.

Er.

Syllaba *er*. in medio nominum Locorum contracta est ex *S. papa, habitatores, incolæ*; quod enim oppidum nos hodie dicimus *Canterbury*, Saxones vocarunt *Lant-papa-buph*. Eiusdem originis videtur esse terminale *er*. incolam cujusvis loci designans, ut, quos hodie dicimus *Londoners*, Saxones appellarunt *Lunden-papa*; *Marshers* (i. e. *paludum incolæ*) *Weyers-papa*. Nisi quis malit hanc terminationem deducere à *pep.* *Goth. VAIK, vir*; ut, *Lundenwer* contracte *Lundener, Londoner*.

Erne.

Syllabæ finales *erne. eron.* deducuntur à *Saxonicis epn. eapn. casa, locus secretior*. Hinc (ut id obiter adnotem) perspicui satis potest quam injuste accusantur nostrates, tanquam Linguæ Anglicanæ rudes & imperiti: vocant illi vasculum istud in quo atramentum ponimus *an ink-ern*. Omnino recte. Australes autem, Linguæ nimirum nostræ reformatores, vocant *an ink-horn*; & qui aliter, i. e. recte, vocabulum five efferunt five scribunt, ludibrio habentur.

Eye. Ea. Ee.

Syllabæ finales *eye. ea. ee.* sunt in triplici differentia. Vel enim profluunt 1. à *Sax. 17 insula* (liquefacto quod vulgo fit *z* in *y.*) ut *Ramsay, Mersey*. (Unde perspicuum est in *πρωτολογίζω* incidere hujus ævi homines, cum dicunt *Ramsay island, Mersey island, Isle of Fersey, &c.* si quidem litera terminalis (*y*) idem significat ac nostrum *island*.) Vel 2. à *S. ea, aqua, flumen, fluvius, amnis, torrens, rivus*. Vel 3. à *leaz, campus*, de quo infra in terminatione *Ley*.

Flet. Fleot. Flot.

Syllabæ *flet. fleot. flot.* in nominibus Locorum triplicem habent sensum pro triplici significatione vocabuli *Saxonici fleot* unde suam originem traxerunt. Illud autem significat 1. *æstuarium*, 2. *gurgitem*, 3. *sinum*. Secunda vocis significatione usi sunt qui canalem istum Lundenensem *the flet* appellarunt. Quæ vocabuli acceptatio vocibus hujus terminationis tribuenda sit, docebit loci natura; sin ea nulli trium respondeat, terminatio fortasse non incommode deduci potest à *Sax. flet, area, casa, domus*.

Gate.

Gate in Locorum nominibus significat *viā, semitam*; in quo sensu apud Boreales vox etiamnum usurpatur; Australibus autem significat *januam, portam*. *Isl. gata* est *via*.

Grave.

Grave Syllaba terminalis (ut in *Nyrgrave, Sowgrave, Notgrave*) profluit à *S. ɣræf, lucus, dumetum*. Item *spelunca, cavea*. *Goth. GRABAN* est *fodere*. *Alam. greban. Isl. grafā*. Eiusdem esse originis videtur *grave* in cognominibus: nisi ad illustrem aliquam & antiquam familiam pertineat, quod si constet, non inepte dici potest contractum esse ex *ɣeɣeɣa, Comes, Præses, Præpositus*; quo sensu *Hassie* Præfectus hodie vocatur *the Landgrave of Hesse*.

Ham.

Ham, five initiale five terminale, profluit à *Sax. ham, domus, prædium, villa*; Boreali *heam*; Australibus *home*.

Holme. Howme.

Syllabæ *holme. howme.* five per se positæ, (plurima enim per Angliam loca, præsertim apud

apud Boreales simpliciter vocantur **the Holmes**) sive cum alio conjunctæ, ut *Stepholme*, *Flatholme*; designant *planitiem herbida infularem*, sive in genere *quemvis locum aquis circumfusum*: à *Sax.* holm, *insula americana*. *Isl. hollmur*, *insula parva*. Quod si quædam hujus appellationis loca ejusmodi sitûs non sint, iis fortasse satis apte tribui potest alia vocis significatio, nempe, *collis*, *mons*, *clivus*.

Holt.

Syllaba *holt*. sive initialis, ut *Holton*, sive terminalis, ut *Cherry-holt*, *Apple-bolt*, *Buck-bolt*, certum indicium est locum antiquitus saltem sylvis abundasse; à *Sax.* holt, *sylva*. *Isl. holt*, *terra aspera & sterilis*. Nisi forte Syllaba initialis, ut in *Holton*, nonnunquam deducenda sit à *Sax.* hol. *Isl. hol*, *cavus*, *ca-verna*.

Hyrst. Hurst. Herst.

Syllabæ *hyrst*, *hurst*, *herst*. proveniunt à *Sax.* hýrþr, *sylva*, *saltus*. Hoc autem adnotatum præsertim in gratiam Cantianorum, Sufflexiensium, & Hamtunensium; apud quos pleraque sunt hujus terminationis loca. Nec plane mirum, si quidem ampla ea syllaba, *Andpedespeald* à *Saxonibus* dicta, per hos Comitatus extendebatur.

How. Hough.

Initiales Syllabæ *how*, *hough*. videntur indicare loci *situm demissiore*. In hoc certe sensu nosstrates utuntur vocabulo *how*, ut, *howgate*, *via demissa*, hominum scil. sive eorum pedibus, sive etiam curris multum trita. Videtur deduci à *Saxonico* heah, *altus*. Crediderim ego non aliunde petendam esse originem vocis *Holland* in Anglia & Germania, quasi dixeris *How-land*. Majorem certe veritatis speciem præ se fert hæc conjectura, quàm *Butleri* ista, à *Sax.* holt *sylva* & land *terra*, cui quidem neutrius loci natura, nisi forte per Antiphrasin, respondet, cum sint sylvarum omnino indiga.

Inge.

Inge in nominibus locorum designat *pratium*; à *S.* ing. *Isl.* einge, *pratium*; *Goth.* **VINGA** est *pascuum*; & (ut observavit Cl. *Hickesius*) pang vel pong *Cædmoni* est *campus*. *Prata* apud *A. Bor.* hodie dicuntur **the inges**.

Lade. Lode.

Lade, *lode*, significant *ostium fluvii*, & nonnunquam *trajectum*; (ut *Crekade*, *Lechlade*, *Framlade*, &c.) & proveniunt à *S.* lade, *purgatio*; *ladian*, *purgare*, *exonerare*; aquæ scil. ibi se sive in mare sive in majora quædam flumina exonerando, purgantur. Idcirco autem videtur Syllaba hæc esse *vadum* nominibus adjecta, quod impetu fluviorum *purgatæ* aquæ, ibi fere seniores conspiciuntur.

Ley. Lee. Leg. Lay.

Syllabæ *ley*, *lee*, *leg*, *lay*. &c. sive initiales sive finales, proveniunt à *Saxonico* leaz, *campus*, *pascuum*; litera (z) liquefacta.

Lowe. Loe.

Finales Syllabæ *lowe*, *loe*. deducuntur à *Sax.* hlæpe seu hleap, *agger*, *tumulus*, *acervus*: ut *Hundfloe*, *canum collis*, sive *collis venationibus aptus*. *Goth.* **HALIY** est *monumentum*; terra scilicet aggesta, pro ritu antiquo sepeliendi defunctorum corpora. Compluribus hujus terminationis nominibus *hill* adjici paulatim cœpit, ut *Linguzæ Saxonice* crevit imperitia.

Marsh. Mars. Mas.

Syllabæ *marsh*, *mars*, *mas*. profiunt à *Sax.* meþr, *palus*, *locus palustris* vel *paludosus*.

Mer. Mere.

Mer, *mere*. in nominibus Locorum, sive in principio, sive in medio, sive in fine, *locum paludosum* designant; à *Sax.* meþe, *palus*, *stagnum*, *lacus*. Unde in agro Cantabrigienti, Lincolnienti &c. reperiuntur loca quamplurima in *mere* exeuntia.

Over.

Over, sive in initio, sive in fine nominum Locorum, situm loci ad ripam alicujus fluminis fere indicat; à *Sax.* oþep, *oþpe*, *margo*, *ripa*; ut *Brownsover* in agro Warwicensi, i. e. *ripa fluminis*: *Over* agri Glocestrensis oppidum ad ripam Sabrinæ. Sin vero oppidum aliquod sit vicinum, cui præponitur *nether*, deducendum est illud *over* à *S.* uþep. *G.* **NEAR**, *super*, *superior*; ut *nether* à *n*þep, *deorsum*, *infra*.

Prest. Pres.

Prest, *Pres*. Syllabæ initiales, (ut in *Preston*, *Presbury*, &c.) deductæ esse videntur à *Sax.* pþeoþr,

þpeoꝛt, *presbyter, sacerdos*; rejecta litera o, quod plerumque fit, facilioris pronuntiationis causa. Ita quod olim scribebatur Deopaby, hodie vocatur *Derby*; quod olim *ƿeolud* hodie *Weland*.

Rig. Ridge.

Rig. ridge, Syllabæ terminales, (ut in *Lindridge, Coiberidge, Waldridge*) videntur designare *montem arcuatum*, & deduci à *Sax. hrige*. *Isl. hriggur, dorsum*; Anglis *Auftr. ridge, Bor. rigg*, ut, *the more rigg*, i. e. *montis jugum*.

Sel.

Sel denotat magnitudinem istius rei cui apponitur, ut, *Selun*, i. e. *magnum oppidum*. In hanc autem præcipue perductus sum sententiam, quòd insignem eam sylvam agri *Sumerfætensis*, vulgo hodie *Sehwood*, antiquitus *Sealpubu* dictam, *Afferius* interpretatur *magnam sylvam*: rel. etiam *Saxonicum* est *bonus, bene, satis*.

Shore.

Terminatio *shore* deducitur à Genitivo *Anglo-Saxonum ey & opa, ora*: ut *Cerdick-shore* Saxonice est *Leþdicer-opa*. Etsi enim non ignorem, *ƿcope* apud Saxonas *littus* significare, mallet tamen à Genitivo *ey & opa* terminationem hanc derivare, quod nunquam observarim usurpari *ƿcope* ad designandum loci cuiusvis nomen.

Stead.

Syllabæ terminales *stead. sted.* proveniunt à *S. ƿteb. ƿtyb. G. STAFS. STADS.* *Isl. stadur, locus*. Excipienda tamen sunt oppida fluviorum ripis adfidentia, ac portus, qui aptius fortasse deduci possunt à *Saxonico ƿtaðe, ripa, littus, statio navium, portus*. Unde *Houden stathes* in agro *Eboracensi*; & (ut observatum à *Cl. Somnero*) in portu *Hithensi* locus ille in quem naves appelluntur dicitur *the Stade*.

Stoke. Stoak.

Syllabæ *stoke. stoak.* compluribus Locorum nominibus adjectæ, profluunt fortasse à *S. ƿtocce, truncus, caudex, stipes*.

Stowe. Stoe.

Syllabæ *stowe. stoe.* five simpliciter, five in fine nominum Locorum, deducendæ sunt à *S. ƿtop, locus*; ut *Godstowe*, locus Deo dicatus,

Thorp. Throp. Threp. Trep. Trop.

Syllabæ *thorp. threp. throp.* five initiales sint five terminales, derivantur à *Saxonico þoppe, villa, vicus*. Eiusdem originis videntur esse terminationes *trep, trop*; ut *Adlestrop* contractum, opinor, est, causa *ewpwtas* ex *Adlestþorp*.

Tun. Ton.

Tun. ton. in fine nominum Locorum, deducenda sunt à *Sax. tun, sepes, vallum*; & in translatione *villa, vicus, oppidum, prædium, habitaculum*. Hoc autem, ni fallor, à *tun, mons*; quod oppida antiquitus in montibus fere ædificarunt; & quæ in *tun. ton.* hodie exeunt, *Saxonice* plerumque terminantur in *tun*.

Weald. Wald. Walt.

Syllabæ *weald. wald. walt.* five per se positæ, five in initio nominum Locorum, significant *sylvam, saltum, nemus*, à *pealb* idem. Nec dubium est quin loca istius appellationis, tunc saltem cum ea nomina iis indita erant, *sylvæ* abundarint.

Werth. Weorth. Wyrth.

Syllabæ *werth. weorth. wyrth.* five initiales five finales, profluunt à *S. peoꝛðig, prædium, platea, curia, villa*.

Wic. Wich.

Terminationes *wic. wich.* ut in *Dumwich, Harwich*, in triplici sunt differentia pro triplici significatione vocabuli *Saxonici* *wic*, unde deducuntur. Denotat autem illud 1. *Vicum*. 2. *Sinum, ripam, vel littus incurvum*. 3. *Castellum, propugnaculum*. *G. ƿeils* est *castellum, vicus*. Quo verò sentu vox hæc nominibus in *wic* vel *wich* exeuntibus tribuenda sit, non aliter cognosci potest, quam ex ejus loci natura, cujus originem investigamus.

Win.

Syllaba *win* in initio nominum Locorum videtur indicare, in illis insigne aliquod prælium fuisse commissum, aut victoriam partam: *Saxonicum* enim *win* est *prælium, pinnan contendere, superare*.

Wis.

Wis situm loci Occidentalem designat; eodem modo quo dicimus *Wisegothi*, i. e. Occidentales Gothi,

Wold.

Wold sive per se positum, (plurima enim loca vocantur *the wold, the wolds*) sive cum alio conjunctum, loci *planitiem* exprimit; à *Sax. wold, locus indigus sylvæ, planities.*

Wyr. Wert. Wyrd.

Syllabæ *wyr. wert. wyrd.* profluunt à *Sax. wýrt, herba, olus, aroma.* Unde (ut id obiter moncam) fortasse hodiernum *wort,*

quod fortasse rectius scribendum *wrote.*

¶ Notandum est in genere quamplurima esse Locorum nomina, quorum pars posterior est plane *Saxonica*, ut *burh, ley, bye, &c.* in quorum tamen parte priorè nulla vestigia deprehenduntur *Linguæ, sive Saxonice, sive Gothice, sive Islandicæ;* nec alibi quærenda sunt quam inter antiqua eis indita nomina vel à *Britannis, vel à Romanis.*



N O M I N U M L O C O R U M
Q U Æ
I n C H R O N I C O S A X O N I C O memorantur,
E X P L I C A T I O.

Literæ, quæ in hoc Glossario Historicorum nomina designant.

<p>B. <i>Beda</i> Al. <i>Alfredus M.</i> Al. <i>Afferus</i> Et. <i>Ethelwerdus</i> I. <i>Ingulphus</i> F. <i>Florentius</i> M. <i>Will. Malmesburiens.</i> Hunt. <i>Henr. Huntingdoniens.</i> D. <i>Sim. Dunelmensis</i> E. <i>Ethelredus, Abbas Rievallis</i></p>	}	claruit circa Ann.	}	<p>720 890 900 974 1109 1114 1140 1148 1164 1166</p>	<p>H. <i>Hagustaldensis Prior, Joannes</i> R. <i>Ricardus, Prior Hagustald.</i> G. <i>Gervasius</i> Hovd. <i>Hovdenus</i> B. <i>Bromtonus</i> S. <i>Stubbes</i> W. <i>Matt. Westmonasteriens.</i> T. <i>Thorn.</i> K. <i>Knihton</i></p>	}	claruit circa Ann.	}	<p>1180 1184 1200 1204 1330 1360 1377 1380 1395</p>
--	---	--------------------------	---	--	--	---	--------------------------	---	---

A Bban-dun. Abben-dun. p. 124, l. 9. 125, 31. 150, 38. 151, 22. 157, 20, 34. 158, 29. 161, 32, 33. 181, 20. 220, 29. i. e. *Abbatia mons sive oppidum. Abbandonia, F. Abbandune, E. Abbingdon, B. Abendon, Abyndon, K.* Nomen hoc paullatim induit, postquam Cissa, Occidentalium Saxonum Rex, Monasterium sive *Abbatiam* ibi construxerat. Quo autem nomine antea vocabatur, non ita liquidò constat. Vetus Liber *Abbandunensis*, quem laudat Cl. *Camdenus*, haud obscure videtur indicare, dictum fuisse antiquitus *Sheoverham*, mendose fortasse pro *Eleouerham*. (vid. infra *Lloferhou*.) Hodie corrupte (ut quidem omnia fere, sive locorum nomina, sive quotidiani usus vocabula,) *Abbington, Abbyndon*, in agro *Bercheriensis*.

Ace-manner ceap̄ter. 121, 25. *Acaman-ni civitas*, F. Sic dicta quasi *urbs hominum ægotantium*; à valetudinariorum ad thermas concursu. Hodie *Wathe* in agro *Sumur-særens*.

Ac-lea. 63, 16. 64, 33. 75, 3. *Aclech*. R. i. e. *Quercuum campus*. Per hoc nomen loca plane diversa in nostris Annalibus designan-

tur. *Æthelwulfi prælium cum Danis*, anno DCCCL. memoratum, non alibi commissum fuit, quam ubi hodie conspicitur *Dkeley*, in agri *Suthreienensis* parte *Suffexiensis* contermina; alibi certe Concilia annis DCCLXXXII. & DCCLXXXIX. celebrabantur. Nec tamen scio qua in parte Angliæ locus iste sit quærendus. Missio enim quòd in singulis penè gentis hujus Provinciis istius appellationis loca reperiuntur; desiderantur ea omnia quibus ad certam harum rerum cognitionem, tanquam filo, duci solemus. Altum quippe apud Historicos silentium de Rege qui Concilia indixit, de Episcopis qui interfuerunt, de Decretis, &c. Opinatur D. *Henr. Spelmannus* Concil. Tom. 1. p. 305. (quibus adductus argumentis, nescio) locum hunc situm esse in Episcopatu *Dunholmensi*, ubi duæ hodie istius nominis villæ reperiuntur, altera *Acle* simpliciter dicta, altera *Schole-Acle*.

Acran-mýnr̄ter. Æxan-mýnr̄ter. 59, 3. *Acfeminstet*, Hunt. Hodie *Arminster* in agro *Devoniensi*; ita dictum quod situm est ad ripam fluminis *Axi*.

S. *Ædmund*. 206, 25. 225, 41. vid. S. *Eadmunder býp̄r̄g*.

Æþpiner clif. p. 60, l. 7. i. e. (vertente Florentio) *Edwini clivus*. De hujus loci situ non ultra quicquam certi habeo, quam quod fuit in regno *Northymbrorum*; ubi tamen nulla (quod quidem ego scio) ejus nominis vestigia apparent, nisi *Eggecliff* in agro *Dunholmensi*, ad ripam fluminis *Tæg*, nonnihil ejusdem soni habeat. Crediderim certe hanc appellationem fuisse desumptam ab *Edwino*, qui Regum *Northymbrensium* primus fidem Christianam amplectebatur. Illud enim ævum solenne habuit, locos omnes in quibus viri eminenter religiosi ceciderunt, eorundem nominibus insignire. Quo certe casu nomen suum sortitum est *Dwestre* in agro *Salopiensi*; ita dictum, quòd ibi à Penda prælio superatus, atque interfectus fuerit *S. Oswaldus*. Locus autem pugnae, in qua occisus est *Edwinus*, vulgo ab Historicis vocatur *Hatfeld*; à Chronico nostro *Deðfelða*, quod vide.

Ægeley-býpuz. Ægley-býpuz. Ægeleybuph. Ægleybuph. 22, 8. 107, 32. *Aelesbury*, Hunt. *Eilesberi*, W. Hodie *Ailesbury* in agro *Buckinghamensi*.

Ægeley-þopð. Ægeley-þnep. Ægeleyþnæp. Ægley-þnep. 13, 20. 149, 32. *Eagelesford*, *Egelesthrep*, F. *Ilesford* (al. *Eilesford*), Hunt. Hodie *Ailesford* in agro *Cantiano*, ad ripam *Medweagi* fluminis.

Ægley-pupðe. 119, 7. Hodie *Eilesworth*, in agri *Northamtunensis* hundreda *Nassaburgh* dicta.

Ælfez-ée. Adelfez-ée. 60, 19. In regione quæ dicitur *Elfete*, F. De hoc loco, præter meram appellationem, nihil apud Historicos dictum reperio: adeoque nulla nos ejus situm quærentes prosequuntur auxilia, nisi nominum similitudo aliqua. Unum hoc fortasse conjectura assequi possumus, fuisse locum in regno *Northymbrorum*, quod ibi consecratus est *Pyhtwinus* in Episcopum *Hwiterensem*. Duo oppida sunt in agro *Eboracensi* *Adlingstet* dicta. Adjectum ée videtur testari locum hunc fuisse sedem Episcopalem; ut in *Limbyrþarna ée*, *Þagurþalber ée*.

Ælm. 36, 1. Oppidum in Insula *Eliensi* prope *Wishich*, hodie *Elm*.

Ærcer-bun. 32, 17. 39, 16. 81, 5. 135, 30. *fraxini mons*, vertente *Asterio*. *Eascesdune*, F. D. *Escendum*, D. *Eschedun*, *Eascesdune*, Hov. *Affchedon*, B. *Essesdune*, W. Hodie *Alton* prope *Wallingford* in agro *Bercheriensi*. Illud enim oppidum majores nostros *Ærcerbune* vocasse, perspicuum est ex Anno MVI. horum Annalium, p. 135. l. 30. Sunt autem qui contendunt prælii locum, anno DCCCLXXI. memoratum, eundem esse qui hodiernus *Alendon* in agro *Buckinghamensi*.

Ærc-tun. 119, 6. Oppidum hoc fuit in agro *Northamtunensi*, & si etiamnum superfit, hodie vocatur *Alton*. Plura sunt in isto agro ejus appellationis loca; quis autem ex illis, an etiam alius vetustate fortasse deletus, is est cujus meminit nostrum Chronicon, non ausim dicere.

Ærcfelð. 118, 37. Hodie *Castfeld* in agro *Northamtunensi*, ad primum circiter miliare à *Petroburgo*.

Ærtun. 36, 17. Plurium locorum nomen in agro *Northamtunensi*. Is, cujus mentio fit in nostris Annalibus, situs est ad Orientalem ripam fluvii *Weland*, & hodie *Caston* dicitur.

Æteþing-þtoce. 129, 31. *Tauistoke*, *Tauestoke*, F. *Tavistoe*, D. *Tavestok*, *Esingestoeche*, B. *Esingestoeche*, Hunt. *Thamstoke*, *Thauistoke*, W. Hodie *Tabestoke* in agro *Devoniensi*, ad ripam *Tavi* fluminis.

Æðandun. 85, 12. *Edendune*, Hunt. *Ethenduns*, W. Hodie *Eddington* in agri *Wiltunensis* parte Occidentali, prope *Westbury*.

Æðelþrihter minyterþ. 169, 26. S. *Ethelbrihtus* Orientalium Anglorum Rex, ab Offa Merciorum Rege infidiis apud *Sutton* in agro *Herefordensi* interfectus, clam in eodem agro apud *Marden* sepeliebatur. Inde corpus ejus à nobili quodam viro, nomine *Brihtfrido*, *Herefordiam* delatum est, atque ibi tumulatum; super quod *Milfridus*, Merciorum Rex, egregia Martyris sanctitate permotus, celebrem Ecclesiam construxit, & S. *Ethelbrihto* dicavit.

Æðelhun-iglonð. 43, 29. i. e. *Ethelbuni Insula*. Terræ portio quædam ab *Ethelbrihto* Ecclesie *Petroburgensi* concessa, alio

alio certe nomine hodie appellata; nec enim ulla vestigia antiqui nominis in iis partibus inveniuntur.

Ædelinga bene. p. 131, l. 5. Hodie, opinor, **Alton**, in plaga Comitatus *Hamtonensis Suffexiensis* finitima. In hac autem sum sententia cum quod hujusmodi antiquorum nominum contractiones sunt usitatissimæ, tum vero quod in nostris Annalibus dicuntur *Hamtonenses* Danis ibi hostiliter obviam venisse. Verisimile enim est populum istum in Danos impetum tunc fecisse, cum sui Comitatus limites attigerunt.

Ædelinga 187e. 85, 1, 21. *Æthelingæg*, Af. *Æthelingæige*, F. *Adelingia*, M. *Æthelingie*, Hunt. W. *Edelingebeie*, E. *Æthelyngheie*, B. i. e. *Nobilium insula*. Hodie **Æthelney** in agro *Sumursætens*.

Æfene. 33, 2. Plurium fluviorum in Anglia nomen. Nec mirum, si (quod observavit Cl. *Camdenus*) generali vocabulo omnia flumina *Britanniæ* Avon vocantur. Is, cujus meminit nostrum *Chronicon*, fontes aperit in agro *Wiltunensi*, indeque sese in agrum *Sumursætensem* recipiens, in ipsis agri istius limitibus, qua scilicet *Glocestrensi* adjungitur, se in *Sabrinam* exonerat. Hodie **Avon**.

Æfene-muð. 105, 26. *Avonæ ostium*; ubi sese exonerat in *Sabrinam*. v. *Æfene*.

S. Albane. 219, 16. 229, 35. *Verolanium*. Locus S. *Albani* Martyris natalibus, seu potius martyrio celeberrimus; ubi circa annum salutis dccxciii. Offa Merciorum Rex monasterium amplissimum in ejus memoriam construxit, unde & oppidum hodie **S. Albans** vocatur, in agro *Hertfordensi*.

Albemape. Albamap. 196, 15. 241, 10.

Albin. 203, 35.

Albepingle. 240, 30. Hodie **Oldwinkle**, in Comitatu *Northamtonensi*.

Alemannia. Alamanie. 64, 24. 242, 2. *Germania*.

Alucarnie. 211, 1. *Alvernia*. Regio Gallicæ perampla inter *Borboniensem*, *Lemovicensem*, & *Ruthinensem*, Provincias, ubi *Arverni* populi. Hodie *l'Auvergne*.

Ambperþýpi. 128, 9. *Ambresbury*, B. *Ambrasbury*, K. Hodie **Ambersbury** in agro *Wiltunensi* prope *Stone-henge*: ab Aur. *Am-*

brofo. In monte *Anbrii* qui nunc vulgo *Stanhenges*. Angl. Sacr. part. 2. p. 656.

Ancap-18. 36, 35. i. e. *Anachoritarum Insula*. Hodie **Thorney Isle** in agro *Cantabrigiensi*. Vide *Hist. Petroburg.* p. 5.

Andeþepa. 129, 7. *Andeafara*, D. *Ande-ver*, K. Hodie **Andover** in agro *Hamtonensi*.

Andþed. Andþedþ-leag. --lege. --leaga. 14, 21. 57, 1. 91, 32. *Andredesleige*, Hunt. Saltus quidam in Australibus *Cantii*, & Borealibus *Suffexiæ* partibus. Antiquitus autem *immanis* ea Sylva (sic enim fere ab Historicis vocatur) ab Australibus *Cantii* partibus per *Suffexiam* in *Hamtonensem* Comitatum extendebatur; cujus amplitudinem describunt nostri *Annales*, an. dccxciii. Ea pars quæ est in *Cantio* hodie vulgo dicitur **the Weald**, quod Saxonice significat *sylvam*, *saltum*. Vox deducenda est ab *Anderida*, Romanorum castro, de quo vide infra in *Andþedþ-cearþep*.

Andþedþ cearþep. 15, 2. *Andredescester*, Hunt. *Urbs* vel *arx* quædam in vel prope *sylvam Andred*. Romani, ut hanc oram contra Saxonas piratas tuerentur, numerum militum cum eorum Præfecto hic statuerunt. Certum est interim nullum sive oppidum sive castrum ejus nominis in *Britannia* hodie reperiri; adeo ut de ejus situ non una est omnium opinio. Plerique existimant *Newenden*, oppidum ad ripam fluminis *Rhoteri*, quod *Cantium* à *Suffexia* dividit, eundem habere situm quem olim *Anderida*; quam etiam partem amplexus est Cl. *Camdenus*. 1º, Quod incolæ vetustissimum illud esse oppidum ac portum asseverant. 2º, Quod ad *Andredesweald* (al. *Andredesleag* & *Andred*) cui nomen fecit, situm habet. 3º, Quod *Brittenden* i. e. *Britannorum vallem*, Saxones dixisse videntur; unde *Selbrittenden* toti *centuriæ* adjacenti nomen. Unde autem *Newenden*? Sub *Edwardo* 1. fratres *Carmelitæ* è *Carmelo Palæstinæ* recens profecti, hic *Monasteriolum* posuerunt, oppidumque statim enatum est; quod, propter oppidum vetus dirutum, *Newenden*, i. e. *novum in valle oppidum*, dici cœpit. Caput hoc est *sententiæ Camdenianæ*. Hanc autem conjecturam im-

probat Cl. *Sommerus* in Tractatu suo MS. *de Romanis portubus ac Castris in Cantio* (quem mecum pro sua humanitate communicavit *W. Kennettus*, ex Aula S. *Edmundi* A. M. rei antiquariæ peritissimus,) ob hanc præsertim rationem, quod spatio bene magno ab ora maritima disjunctum, ei usui minime infervire posset cui à Romanis destinabatur; quo minus scilicet in locis maritimis Saxones prædas agerent. Ad hæc, eum locum describens *Gildas* ponit in littore *Oceani ad meridiem*. Quibus permotus argumentis, mavult ille in agro *Suffexiensi*, apud oppidum *Pemsey*, collocari; quod cum sit maritimum, tum vero multa vetustatis vestigia in eo deprehendas, castelli in primis, lapidibus, qualibus uti solebant Romani, constructi. Nec minus ejus antiquitati testimonium præbet, quod Cl. *Usserius* inter urbes Britannicas *Caer Pensauelcoit* recensens, ejusdem fuisse sitûs existimat, qui hodie *Pemsey*, olim *Pen-veffell* & *Pevenfell* dictum. Quod & *coit* additum confirmat, (i. e. sylvæ,) arboribus enim ager *Suffexiensis* abundat. Fortasse etiam ponendum est castrum hoc ad portum *Hastingsensem*, partim quod legitur aliquando *Hærtingar ceartep*, (*ceartep* autem ut plurimum castrum denotat) partim quod ibi in colle edito ingentis cujusdam castelli rudera conspiciuntur.

Angel-cyn. Angel-cynney lond. p. 11, l. 17. 23, 19. 64, 18. 70, 8. 73, 5. 78, 28. 97, 23. 99, 30. 123, 39, 41. 124, 13, 23. 125, 6, 35. 129, 11. 131, 2. 133, 3. 134, 29. 136, 26, 33. 137, 5. 138, 10. 141, 32. 142, 3. 145, 1. 150, 14, 40. 151, 14. 204, 37. *Gens Anglorum*; qui accersitu *Vortigerni* in Britanniam venientes, ipsos postea Britannos sedibus abegerunt, & eorum terram occuparunt.

Angel-cynney rcole. 82, 36. 88, 22. i. e. *Anglicæ gentis schola*; quæ Romæ, sive ab *Offa Merciorum Rege*, sive alio quovis, eo consilio instaurata est, ut ibi juvenus *Anglicæ bonis literis* institueretur.

Angeli. Aneli. 225, 22. 231, 14, 34. 235, 40. 236, 12. Oppidum *Galliæ Aquitanicæ* præclarum, in finibus *Santonum*: hodie S. *Jean d' Angeli*.

Angeop. Angæp. Angou. 216, 40. 217, 9.

220, 35. 221, 31. 222, 11. 224, 15. 227, 10, 40. 230, 39, 43. 231, 5. 232, 10. 242, 3. 243, 7, 23. *Andegavia*. Regio *Galliæ*: hodie *Anjou*.

Angle. Anglar. v. Engle.

Angley-ege. 206, 33. *Anglesey*, K. *Mona antiquis*, (unde & *Anglo-Saxonibus* etiam *Mon-ege*, *Mæn-ige*, *Man-ige*, *Mann-ie*.) *Insula* tenui freto à *Comitatu Caernarvonensi* divisa, hodie vulgo *Anglesey* dicta, i. e. *Anglorum Insula*, quod nomen sortita est paulatim, postquam in *Anglorum potestatem* concefferat.

Antiochia. 4, 17. *Antiochia*.

Apulbpe. 92, 9. 93, 35. *Apoldore*, Eth. *Apulirea*, F. Hodie *Appledore* in agro *Cantiano*. Faceffant qui hujus oppidi nomen deductum esse opinantur à voce *Sax.* *apple-treope*, *malus*, cui generi arborum istius foli ingenium minime favet. Soli natura est *paludosa*, qualem majores nostri appellarunt *polder*, (cujus etiam nominis duo esse oppida in agro *Cantiano*, alterum inter paludes, alterum ad ripam fluminis situm, asserit *Sommerus*.) *Kilianus* certe in *Lexico* suo *Teutonico* vocem eam interpretatur *palus marina*, *pratium littorale*, *ager qui è fluvio aut mari eductus aggeribus obsepitur*. Quibus omnibus aptissime respondet nostrum *Appledore*, crebris utpote inundationibus vexari antiquitus solitum. Cui rei amplissimo sunt testimonio *Leges* quamplurimæ, de tuendis ac muniendis circa ea loca *wallis* (sive *ripis*) latæ. Commodissime idcirco deduci potest à *poldre*, cui æt (quod *Saxonibus* usitatum est) præfixo, crediderim ego *primarium oppidi nomen* fuisse *Ætpulbpe*, procedente autem tempore, rejecto τ, *Æpulbpe*, nostraque ætate *Appledore*.

Argentref. 200, 41. Oppidum *Galliæ*, in finibus *Biturigum* & *Lemovicorum*. Hodie *Argenton*. Est & aliud oppidum in *Normannia* ad ripam *Argenis* seu *Ornæ* fluvii, hodie *Argentan* dictum.

Armenia. (l. *Armonica*.) 1, 11. *Galliæ* pars ab Occidente, oræ maritimæ proxima, & à situ nomen sortita: *Armorica* enim est quasi ad mare. Cum *Anglorum* viribus oppressi erant *Britanni*, eorum pars huc se salutis

tis caussa contulit, unde *Britanni Armorica-
ni*. Hodie *Bretagne*.

Apundel. p. 205, l. 7. 2 10, 25. Hodie *Arun-
del* in agro *Suffexiensi*.

Appan. 149, 19. *Arewe*, F. Hovd. Vul-
garis opinio est, Saxonicum Appan esse idem
quod *Arrow* flumen in agro *Warwicensi*. Ne-
que quidem negari potest quin majores nostri
flumen illud *Warwicense* appellarint Appan:
certo interim certius est non id esse in quod
Dani, Merciam deprædaturi, naves suas ap-
pulisse in Annalibus nostris dicuntur. *Ar-
row* enim fluvius *Warwicensis* in agro *Wigor-
niensi* fontes aperiens, sese in *Avonam* statim
effundit, ripasque habet angustiores, quam
ut ex naviculas etiam recipere possint. Ad
hæc, *Tamesi* primum egressi sunt Dani, &
spolia navesque dicuntur in *Medewæge* retu-
lisse; ut satis constet quærendum esse hoc flu-
men non longe à *Tamesi*. Si de mea senten-
tia quærat, quod conjectura consequi pos-
sum, illud ponam; nihil interim certi sta-
tuens. Fluvius est ripis haud angustis, alveo-
que satis pleno, Comitatus *Suffolciensem* &
Essexiensem sejungens, *Orwel* hodie dictus.
Hunc suspicor antiquitus fuisse pronunciatum
Arwel, tum quod Saxonicum A sequentibus
sæculis transit in O, tum etiam quod oppi-
dum est ad ejus ripam situm, *Arwerton*
dictum; accedit quod *Harewich* ad oram
hujus fluminis, olim *Arwic*, non ut conjectat
Camd. *Herewic*, dici posset. Qui vero huic
conjecturæ minus favet, alteram audiat. For-
tasse pro *Sax.* into legendum est to, ut Ap-
pan non *fluvium* designet, sed oppidum ali-
quod ad ripam istius fluvii in quem Dani clas-
sem appulerunt. In antiquis profecto Exem-
plaribus ejusmodi errores crebro occurrunt.
Hoc qui concesserit, non (opinor) mihi lites
intendet si dixerim fluvium istum fuisse *Lee*,
& oppidum, idem quod hodiernum *Ware*.
Mutatio enim *Arwan* pro *Waran* facillima
est. Huic certe opinioni nonnihil fidei conciliat
quod temporibus Ælfredi Regis Dani per
Leam fluvium myoparonibus ad *Waram*
delati ibi propugnaculum construxerunt;
nec tamen ejus fidem minus elevat, quod
Ælfredus Rex, tribus effossis canalibus *Li-
gæ* aquas divertit, ut accolis per lon-

gum post tempus nulli pene usui fuerit.

Appandun. 150, 3. 151, 31. *Essendun*, L.
Affendun, S. Hovd. i. e. vertente Florent.
mons asini. Locus prælio inter Eadmundum
Regem & Canutum celeberrimus. Cl. *Cam-
denus* existimat eundem esse qui hodie *Ath-
dow* vocatur, in Boreali parte agri *Es-
sexiensi*. Nec dubium quin in isto agro sit
quærendus, cum perlique omnes harum re-
rum Scriptorum in eo pugnatum fuisse verbis
difertis asseverent. Sed an apud *Athdow*
dubium plane; si quidem quæ hodie loca eo
nomine appellantur, antiquitus fere *Ærcer-
bune* scribebantur. Crediderim ego (nisi
istud dixerit Vir Cl. peculiari aliqua ratio-
ne inductus) *Affington* potius, ejusdem a-
gri oppidum, prælii locum fuisse.

Ἅ. Augurτiner μῦντρη. Ἅ. Augurτiner
κύρις. 178, 35. 179, 30, 33. 192, 12. Mo-
nasterium à S. Augustino Monacho *Can-
tuarie* conditum. Hodie vulgo *Saint
Austins*.

Axan-muð. v. Exan-muð.

B.

Baccaneib. 48, 8. Nullus, quem quidem
scio, hujus appellationis locus in Anglia ho-
die invenitur. Nemini interim dubium esse
potest, quin in *Cantio* fuerit; cum nostri An-
nales diferte tradunt, eam solum ob causam
ibi Concilium fuisse celebratum, ut rebus
Ecclesiarum infra *Cantium* consuleretur: nec
quisquam sive Rex sive Episcopus ei inter-
fuit, præter Wihtredum *Cantianorum* Re-
gem, Archiepiscopum *Cantwarensis*, & E-
piscopum *Roffensem*. Quod oppidum sono
ad hoc proxime accedit est *Beckenham*,
in parte Occidentali *Cantii*, qua agro *Sur-
reien*si adjacet.

Baddanbýrig. 100, 5. Collis in quo ca-
stra metatus est Eadweardus Ælfredi fil. An.
DCCCXI. haud longe à *Winburna*; unde An-
nales nostri æt Baddanbýrig þið Vinburnan,
i. e. apud Baddanbyrig juxta Winburnam.
Hodie *Badbury* in agro *Dorsetensi*.

Babecanþýlla. 110, 31. *Badecanwella*, F.
Hodie *Bakewell* in agro *Derbiensi*.

Bæbbanbuph. v. Bebbanbuph.

Bæc. v. Bec.

Bæzepar. p.90, l.33. *Bojari, Bajoari, Bavari. The Bavarians.*

Bælyme. Bælærme. 210, 20. 212, 8. 213, 1, 11. 214, 1, 11, 18. 217, 14, 24. Oppidum Gallix in Belsia provincia, & agro *Perticensi*; hodie *Belesme*.

Bærnege. 183, 30. *Bernacum. Monast. ð Benedict. Diocel. Lexoviensis in Neustria.*

Bærnicar. v. Beopnicar.

Baur. 212, 40. Urbs Gallix Celticæ, in *Normannia*; Lat. *Baiocæ* five *Baiocum*: hodie *Bayeux*.

Baldepney lond. 158, 25. 159, 11. 161, 4. i. e. *Baldewini terra*: hodie *Flanders*. Sic autem appellata erat, quod ea ætate *Flandriæ* Comites *Baldewini* nomine (uti hodie Gallix Reges *Ludovici*) fere vocabantur.

Bappe. 119, 5. *Bearve, F. Barove, K.* Hodie, opinor, *Barow* in agro *Rutlandensi*.

Bappucryce. Bappucryce. v. Beappucryce.

Baring. 81, 24. *Basengas, F.* Hodie *Basing* in agro *Hamtonensi* prope *Basingstoke*.

Baðan-çerrep. Baðon. Baðe. Baðan. 22, 16. 102, 2. 122, 1. 143, 31. 192, 13. 193, 26. 226, 19. 235, 9. *Badecestre, Hunt.* Hodie *Bathe* in agro *Sumursætensi*, à *thermis* sic dicta.

Bavaria. 64, 24.

Beam-dune. 25, 25. *Collis stipitibus seu trabibus refertus.* Plurium locorum in Anglia nomen, quorum pleraque jam hodie corrupte appellantur *Bampton*. Illud hujus appellationis oppidum, quod nostri *Annales* memorant An. DCXI. situm esse arbitrator in agro *Devoniensi* qua *Sumursætensibus* adjacet, & vocari hodie *Bampton*. Cui in primis argumento est, quod narratur *Cynegilsum, West-Saxonum Regem*, ibi prælio dimicasse cum *Britannis*, quos in partes Angliæ Occidentales salutis causa confugisse notissimum est. *Camdenus* in agro *Dorsætensi* scribit *Beandun* (hodie *Wyndon*), ubi (*Camdeni* verba sunt) *Cynegilsus* anno DCXIV. ancipiti prælio *Britannos* vicit. Verum prælii locum perperam ibi positum esse existimo,

cùm quod omnia, quibus usi fumus, *Chronici Saxonici* exemplaria scribunt *Beambune*; tum vero, quod æque probabili conjectura colligi potest, apud *Bampton*, oppidum istud in agro *Devoniensi*, eos pugna fuisse congressos.

Beampleot. 93, 33. 94, 15, 19. *Beamstot, F. Beamsted, Hunt.* Hodie *South-Bemflete* in agri *Essxiensis* parte Australi.

Beapðanig. Baðanig. Beapðanig. Baðanig. 31, 16. 43, 29. 51, 11. 102, 11. *Barthoneig, F. Bardonig, Hovd. Berdenay, Bardene, B.* Hodie *Wardney* ad ripam fluminis *Witbam* in agro *Lincolniensi*. Locum hunc (ut id obiter moneam) eundem facit *Camdenus*, qui est *Bedæ Peartaneu*. Hujus verba in descriptione agri *Lincolniensis* hæc sunt: *Inde nobilis olim Cænobii Beardnea vel Peartaneu vulgo Wardney, &c.* Perperam omnino. Ipse enim *Ven. Bedæ Eccl. Hist. l. 3. c. 11.* diserte ea loca distinguit. Ejus verba sunt: *Denique tempore sequente, cum præfata Regina [Offrida] in eodem Monasterio [Beardana] moraretur, venit ad salutandam eam Abbatissa quædam venerabilis, quæ usque hodie superest, vocabulo Edilhilt, soror virorum sanctorum Edelvini & Aldewini, quorum prior Episcopus in Lindissi Provincia, secundus erat Abbas in Monasterio quod vocatur Peartaneu, à quo non longe & illa monasterium habebat.* Illud autem *Peartaneu*, quod aliud fortasse est quam hodiernum *Partney* in agro *Lincolniensi*.

Beappucryce. Beappucryce. Bappucryce. 78, 9. 135, 25. 138, 22. 141, 4. 206, 28. 207, 23. 211, 23. *Berrocscire, Af. Bearrucscire, Barrocscire, Bearrocscire, Barocessire, F. Berruchescire, M. Bearrucscire, Bercscire, Bercscire, Hunt. Barrocscire, D. Bearrucschire, Berkesfire, Hovd. Barocschire, Barcschire, Barkshire, B. Bercheria.* Hodie *Warkshire*. Ita vocatur à *Berroc sylva* ubi *buxus* abundantissime nascitur. Flor.

Bebbanbuph. Bæbbanbuph. Bæbbabuph. 19, 28. 31, 19. 127, 34. 199, 22. 202, 34. 37, 43. 203, 15. *Bebbanburc, F. Bebanburgh, Bebanburgh, Babanburch, Hunt. Babbanburch, Bebbanburc, D. Babanburch, R. Behhamburg, Hovd. Baenburg, L. Bamburgh, B.K.* vertente

vertente Beda, *Bebbæ castrum*: hodie **Bamborow** in provincia *Northymbrensum*.

Bec. Bæc. p. 180, l. 42. 198, 41. 241, 28. Galliæ Abbatia, in Ducatu *Normanniæ & Rotomagensi* Diœcesi, prope Riblam fluvium. Hodie *le bec Helouin*, quod ab *Helvino* fundata erat.

Beban-ƿopð. Beaban-ƿopð. Bedican-ƿopð. 22, 6. 105, 10. 106, 20. 107, 40. 121, 26. 140, 7. *Bedeford*, Hunt. L. *Bedforde*, *Bedeforde*, B. K. *Bedford*, B. W. Hodie **Bedford**, agri *Bedfordiensis* oppidum primum.

Beban-ƿopð-ƿcipe. Beaba-ƿopð-ƿcipe. 140, 44. 147, 36. *Bedefordſire*, Hov. *Beddefordſchire*, B. Comitatus *Bedfordiensis*. **Bedfordſhire**.

Bebanheafðe. 41, 22. *Bidanheafod*, F. Locus prælii inter Regem West-Saxonum, & Merciorum. Duabus rationibus in eam perducor sententiam ut existimem non aliud esse quàm hodiernum **Bedwin**, in agri *Wiltunensis* parte quæ *Bercheriensis* adjacet. 1º. quod par est credere eos prælio fuisse congressos haud longè à limitibus duorum regnorum. 2º. quod istius nominis pars posterior testari videtur insignem aliquam pugnam ibi commissam fuisse; pinnan enim Saxonice est *pugnare*, *prælio certare*.

Bedican-ƿopð. v. Beban-ƿopð.

Belmunt. 227, 14. Oppidum in Ducatu *Normanniæ* prope oram littoralem. Hodie **Beaumont**.

Benefica. 103, 29. Unus è tribus fluviis in agro *Hertfordensi*, inter quos Eadwardus Rex munimentum construxit An. dccccxiii. Inter *Heortford* & *Ware* duo fluvioli sese in *Lygeam* effundunt, qui alii esse non possunt quam *Memera* & *Benefica*. Uter vero illorum nomine *Memera*, uter *Benefica* nostris majoribus erat cognitus, non nisi levi quadam conjectura assequi possumus. Ad istius ripam cujus alveus est propius Occidentem, conspicitur villa vulgo **Bennington** nuncupata; hoc autem *Ben* in initio utriusque vocabuli nonnullo est argumento, fluvium oppido (quod in singulis Angliæ partibus factum videmus) nomen fecisse. Esto interim suum cuique iudicium.

Bennington. Bynrintun. Benefington.

22, 8. 61, 21. *Benefington*, Fl. *Benefintune*, Hunt. *Benetune*, Hovd. *Bensinton*, W. Hodie **Benſon** vel **Benſington** in agri *Oxonienſis* parte *Bercherienſi* finitima. Nisi quis malit esse idem quod hodiernum **Bennington** in agro *Heortfordensi*.

Beoƿeplic. 52, 9. *Beverli*, R. *Bewerliþ*, B. Hodie **Beberley** in agro *Eboracensi*.

Beopclea. 193, 27. 223, 35. *Beorckenlaum*, F. *Berchelai*, Hunt. *Barcheley*, B. *Berkeley*, K. Hodie **Barkley** in agro *Gloceſtr*.

Beopƿƿopð. 56, 12. *Beorbtford*, F. *Beorford*, W. i. e. *Collis ad vadum*. Hodie **Burford** in agro *Oxon*.

Beopnicar. 30, 2. 44, 26. *Bernicii*, M. Northymbrorum regnum divisum erat in *Deiros* & *Beornicios*. *Beorniciorum* regnum continebat quicquid interjectum est inter flumen *Tvedam*, & æstuarium vulgo dictum **the fryth of Edenburrow**.

Bepanbyrig. 20, 13. *Beranbyri*, Hunt. *Banbyry*, K. Hodie **Banbury** in agro *Oxon*.

S. Bephtines mynreþ. 232, 49. *S. Berhtini Monasterium*; aliter *Sithuense* dictum, juxta *Teroanum*, vulgo *Teroenne*, in *Artesia*. Hic S. Berhtinus primus Abbas erat.

Beſencun. 231, 36, 44. Urbs Galliæ *Lugdunenſis* in agro *Burgundiæ*; hodie *Beſanſon*.

Blair. 219, 26. 237, 43. Oppidum Galliæ Celticæ ad *Ligerim* fluvium; hodie **Blois**.

Boc-leben. 1, 9. *Latini*, *Romani*.

Bolhðe-geat. 177, 1. Hodie **Bulſtopkegate**; Janua ab Australi parte *Monasterii Petroburgensis*.

Boneual. 144, 25. Oppidulum Galliæ, in agro *Carnotensi*; hodie *Bonneval*.

Borenham. 159, 29. 164, 32. *Bosanham*, F. D. *Boseham*, Hovd. Hodie **Boſham** in agro *Suffexienſi*.

Bƿaban æ. 36, 6. i. e. *latus fluvius*. Hiſt. Eccl. *Petroburg*. *Bardanea*. Nullus est hodie (quem quidem novi) hujus appellationis fluvius; nec è multis qui sunt in agro *Cantabrigienſi* & vicinis, ſcio quis hic ſit. Si ullus ſub hoc nomine hodie reperitur, ſuſpicor vocari **Broadwater**.

Bƿaban.

Bpabanpelic. p. 105, 135. *Reoric*, F. Insula aliqua ad ostium *Sabrinæ* fluminis, inter Comitatus, *Sumursætensem* & *Maridunensem*. Eandem fuisse quam hodie dicimus *Stepholme*, plurima suadent. Primo enim Codex MS. quem *Cant.* dicimus, legit *Steopanpeolice*, mendose opinor pro *Steopanpeolice*. In huiusmodi quippe errorem facile incidere potuit quivis Librarius, (præsertim Literarum Saxoniarum rudis, quo in numero is erat qui Codicem illum descripsit,) ob similitudinem Literarum p & p. Deinde Chronicon Walliæ editum à D. *Powello*, Danorum itinera describens, dicit eos cibi inopia coactos in Australes Wallos transiisse de *Stepen* (Chronicon nostrum de *Bpabanpelic*.) secutus, opinor, *Henricum Huntingdoniensem*, cujus verba hæc sunt: *Et tunc manserunt in Insula Stepen cum magna miseria, ita quod cibus eis defecit, & multi fame mortui sunt*, &c. Accedit quod Cl. *Camdenus* asserit Insulam hanc *Britannice* dici *Reoric*. Quod si quispiam contendat hodiernum *Flatholme* antiquitus dictum fuisse *Bpabanpelic* vel *Bpabanperge* (i. e. *lata Insula*;) & *Stepholm* *Steopanpelic* vel *Steopanperge*, nihil repugno.

Bpabenfopd. 33, 2. Hodie **Bradford** in agro *Wiltunensi*; à lato *Avonæ* vado quod ibi conspicitur.

Bpamtun. 222, 42.

Bpauye. 216, 20. 217, 19. Fortasse idem quod *Brau*, pagus *Aquitaniæ* ad confluentiam *Durarii* fl. cum *Garumna*. Latinis *Ebromagum*; hodie *Bourg*.

Bpecenanmepe. 104, 20. *Bricenanmere*, F. *Brecanammere*, Hunt. *Bricenamere*, Hovd. *Britannemere*, B. Ad secundum circiter miliare à **Brecknock** in Wallia conspicitur **Brecknockmere**. Arx autem quam in nostris Annalibus *Æthelfleda* dicitur expugnasse, fuit, opinor, apud ipsum *Brecknock*. *Somnerus* scribit *Bpetenanmepe*, & existimat fuisse idem quod hodie **Welshpool**, in agro *Montgomeriensi*, sed quibus argumentis istam conjecturam adstruxerit, necio.

Bpædene. 101, 6. *Bradene*, F. Hodie **Bredon farrest** in agro *Wiltunensi*; ab *amplitudine* sic dicta.

Bpent-fopd. 149, 7, 27. *Brendeford*, Hunt. B. *Brenford*, D. i. e. *Brenti vadum*. Oppidum in agro *Middlesexiæ*, in sinu quodam ubi se in *Tamesin* effundit *Brent* fluvius. Hodie **Brentford** vel **Brainford**.

Bpeodune. 43, 25. Terræ portio *Ecclesiæ Medeshamstedensi* concessa ab *Æthelredo* Rege Merciorum, cujus nomen antiquum evanuit. Non longe distare à *Petroburgo*, constat ex Libro de *Swapham*, teste *Hist. Petroburg.*

Bpeodune. 53, 25. *Briudun*, in *Provincia Merciorum*, Bed. *Briudunum*, F. Chartas huic Monasterio concess. vide in *Hist. Petroburg.* p. 342. Hodie opinor **Breedon** in agro *Wigorniensis*: ibi enim est antiqua *Ecclesia*, nunc etiam amplis satis redditibus dotata.

Bpeten-lond. Bpÿten-lond. Bpÿton-lanb. 9, 26. 14, 16. 124, 25. *Britannia*. *Britannorum terra*.

Bpicÿtop. Bpÿtop. 193, 23. 230, 21. 241, 43. *Bricstowa*, F. *Brigestou*, *Bristou*, Hunt. *Brycstoue*, D. *Brikeftow*, *Bristohw*, Hovd. *Bristowe*, L. W. K. *Bristow*, K. i. e. *pontis locus*. Hodie **Bristow** in limitibus agrorum *Glocestrensis* & *Sumursætensis*.

Bpÿgge. Bpicge. 103, 24. 155, 13. 158, 25. 161, 5. 165, 23. 166, 2. 230, 9. *Brige*, D. *Briges*, Hovd. *Brugges*, *Brugge*, *Bruggenorth*, B. *Brigges*, W. Vocabulum hoc usurpatur in Saxonice Annalibus ad significandum 1º, *Brugas*, *Flandriæ* emporium celeberrimum; hodie *Bruges*. 2º, *Angliæ* castrum, quod (ut ait *Flor. Wigorn.*) situm est in Occidentali plaga *Sabrinæ* fluminis. Idem esse existimat *Camdenus* quod hodiernum **Bridgenorth**, in Comitatu *Salopiensi*, ab Occidentali parte *Sabrinæ* fluminis. Vulgo etiam hodie oppidum illud **Brigge** vocatur.

Bpÿttene. Bpÿtene. Bpetene. 1, 1, 12. 2, 6, 12, 18. 5, 2, 11. 7, 22. 8, 3. 10, 7. 11, 3, 6. 12, 4. 15, 9. 17, 23. 18, 9. 20, 10. 22, 32. 23, 13. 24, 2. 27, 9. 40, 6, 19. 46, 11. 114, 6. 123, 10. *Bpeton*, *Bpetonelonb*, Al. *Britannia*. De vocis Origine vide *Camden. Britann.* sub *Tit. Britannicæ Nomen*, & *Somneri Glossarium* in voce *Britannia*.

Brittar. **Brettar.** p.1, l.10,25. 12,3. 13,5,26,29. 18, 12,16,22. 20, 1,13. 22, 12,22. 90,22,23. 171,18. 182,33. 183, 22,35. *Britanni*; quo etiam nomine nonnunquam vocantur in his Annalibus *Armo-ricani*.

Brittarc. **Brýt.** 1,8. 15,4. 17,28,32. 113,35. 182,20. *Brito.* *Britannus*.

Britland. 170,41. 183,34. 186,4. 190, 41. 193,30. *Britannorum terra*; tum Wal-
lia tum Normannia.

Britpalat. 2,25. 7,26. 11,13. 12,11. 20,2. 22,6. 45,9. 57,6. *Britanni*.

Bpunanbuph. 112,12. *Brunford*, l. *Brumes-
burb*, *Brunesburib*, *Brunesburb*, *Bruneburb*,
Hunt. *Brunmanbyrg*, *Brunenburb*, Hovd. *Brunneburyb*, B. Prælii locus inter Athel-
stanum R. & Anlafum Danum, alioque. Hodie **Sford** prope **Bromeridge** in agro *Northumbrensi*, ut opinatur Camdenus. Cæ-
terum istius conjecturæ fides (si Florentio credendum sit) multum elevatur. Dicit ille Anlafum cum Constantino in *Humbrum* clas-
sem suam appulisse; cui (inquit) *Rex Ethel-
stanus fraterque suus Eadmundus*, in loco qui dicitur *Brunanburgh*, cum exercitu occurre-
runt. Ut longe verisimilius sit prælio de-
certatum fuisse vel in agro *Lincolniensi* vel *Eboracensi*, quam *Northumbrensi*, tam longe scil. disjuncto ab eo fluvio in quem naves di-
cuntur applicuisse. Oppidum est in agro *Ce-
strensi* hodie **Brunburh** dictum.

Brýtene &c. v. **Brýtene** ---

Buccingham. 106,4. *Bukingeham*, Hunt. *W. Bukyngham*, B. i. e. (interprete Camd.) *fagorum villa*; bucene enim Anglo-Saxonibus est *fagineus*. Oppidum primum agri *Buccinghamensis*; hodie vulgo **Buccingam**.

Buccingahamrcipe. 140,6,43. 147,35. *Ager Buccinghamensis*. Hodie **Buccingam-
shire**.

Bunna. **Buna.** 91,25. 204,29. *Bononia*. Hodie *Bulogne* in regno Galliarum.

Burgundia. 159,18. *Burgundie*.

Buper. 200,37.

Buph. **Bupch.** 38,32. 120,26. 127,17. 19. 144, 13,24. 156,40. 168,29. 172,39. 173,3,10. 174, 18,36. 176,22,38. 178, 4,7. 181,36,39. 206,27. 211,3,34. 214,

47. 218, 11,23. 219, 13,40. 227,11. 229, 45. 231,12. 232,6,15,32. 233,14. 235, 20,26,28. 236, 8,40,46. 237, 5,14,17. 244, 16,28. Hodie **Peterburrow** in agro *Northamtunensi*. Ecclesia hæc primum dicebatur *Medeshamstede*, (quod vide infr.) postquam vero Kenulfus, ejus loci Abbas, vallo circumdedit, *Burb* appellari incepit. Ita vulgus Historicorum. Videtur autem aliunde nomen traxisse, quoniam *Afferus*, (qui ante An. DCCCXCII. Chronicon suum scripsit, quo scil. Kenulfus Abbatiam cepit) ita appellat.

Bupne. 218,21.

Bupnepudu. 107,32. *Bermvode*, W. Hodie **Wernwood forrest** in agri *Buccingha-
mensis* parte *Oxonienfi* contermina.

Buttington. **Butdigington.** 95,4. *But-
dington*, Hunt. Oppidum (teste Flor. Wi-
gorn.) *in ripa Sabrinae fluminis situm*; & nostri Annales, *Butdigington on Sæpen
staðe*, i. e. *Butdigington ad ripam Sabrinae*. Hodie **Buttington**, cui è regione ad Oc-
cidentalem *Sabrinae* ripam objicitur *Welsh-
poole*. Oppidum id [Buttingtona] *ad mino-
rem ejusdem fluminis [Sabrinæ] ramum in
agro Glocestrensi situm est*, inquit D. Joh. Spelmannus in Vita *Ælfredi R.* In quo tamen agro nullum (quod quidem ego scio) ejus nominis oppidum ad *Sabrinae* ripam reperitur. Qui librum edidit, locum istum emendavit: *Potius* (inquit) *in agro Salopiensi, ibi enim Buttingtona est ad ipsam Sabrinam sita, ubi etiamnum munitiorum vestigia videri as-
serunt*. Est quidem vel in isto agro vel certe in ejus limitibus; sed secundum Spedi tabulas, atque etiam Somnerum, qui eas fortasse secutus est, pertinet ad agrum *Mont-
gomeriensem*.

Býpene-rtan. 163,25. Hodie **Beber-
ston** in agri *Glocestrensis* parte *Wiltunensi* contermina.

Býpintun. 61,21. v. **Bennington**:

Býptune. 173,6. *Burbtun*, Hovd. *Burton super Trent*, B. *Burton*, S. K. *Abbatia Byr-
tunensis*. Hodie **Burton**, ad ripam flumi-
nis *Trentæ*, in agro *Staffordienfi*.

Býpincun. 159,18. *Bisfontium*, Burgun-
diæ metropolis. Vulgo *Belfanjon*.

L.

Læpe. p. 50, l. 26. *Cere*, Hunt. Inter hunc locum & hæpe, Beorhtfrithus prælium commisit cum Pictis. Loca duo sunt in agro *Northymbrensi* deceni plus minus mille passuum invicem distantia, *Carehouse* & *Heefeld*, paulum ultra vallum Pictorum. Etsi non ausim affirmare ea olim fuisse dicta Læpe & hæpe, videtur tamen illud suadere tum nominum antiquorum & hodiernorum similitudo, tum etiam locorum situs. Circa limites enim Pictorum & Northymbrorum præliatum fuisse, non est cur dubitemus.

Cæsar Augusta. 62, 35. *Tarraconensis Hispaniæ* civitas clarissima: vulgò *Sarragosse*.

Lalne. 124, 14. Hodie *Caln* in agro *Wiltunensi*, ad ripam fluminis *Caln* situm.

Lampaine. 204, 13. *Campania* in Gallia: hodie *Champagne*.

Laninġamærpe. 140, 29. *Caningamerse*, D. Quam ob causam paludes istæ, ubicunque fuerint, ita appellarentur, nescio. Parum interim dubito quin satis commode collocari possint in agri *Sumursætensis* plaga maritima. Ibi enim reperitur Centuria *Cannington* dicta, in qua & oppidum est ejusdem nominis. Adjecto autem vocabulo mæpæc (quod apud Saxonas *paludem* significat, unde & nostrum *marsh*) satis convenire soli naturam non uno argumento colligi potest. Primum enim mari adsidet; deinde *paludes* finitimæ quædam sunt *Brentmarsh* dictæ; in ipsa denique hac provincia est locus *Stocklandmarsh* appellatus. His à me serius deprehensis, existimabam scriptum fuisse incuria Librarii Laninġamærpe pro Laninġamærpe, adeoque verendum duxi *Cantianas paludes*.

Lant-papa-burh. Lant-papa-býpnig. Lant-pape-bepi. 28, 34. 34, 2. 35, 16. 37, 34. 38, 26, 33. 40, 15. 42, 3. 27. 43, 37. 46, 3. 47, 16. 48, 15. 56, 21. 67, 3, 8. 74, 30. 80, 22. 90, 7, 28. 111, 7. 119, 33. 138, 14. 141, 16. 18. 142, 38. 152, 29, 32. 153, 23. 161, 28. 162, 19. 168, 27. 175, 29, 26. 176, 7. 178, 35. 179, 6, 20, 24, 31, 33, 40. 180, 8, 21, 25, 27, 28, 29, 38, 42, 43. 198, 39. 203, 40. 208,

4. 211, 16. 214, 46. 215, 35. 218, 2, 19, 31, 33. 219, 7. 221, 45. 222, 39. 223, 43. 224, 40. 225, 5, 30, 42. 226, 1, 4. 229, 12, 13, 31. 233, 49. 234, 18, 32. 235, 2. 241, 26. *Doruvemia*, Bed. Lantpapena burh, Al. *Canturbery*, K. *Urbs populi Cantiani*. Hodie *Canterbury*, agri *Cantiani* caput.

Lant-pape. 12, 16. 14, 35. 25, 28. 27, 10. 30, 27. 40, 1. 41, 10. 48, 2. 52, 17. 56, 1. 60, 1, 17. 66, 30. 69, 9. 70, 32. 71, 23. 73, 32. 76, 2. 78, 19. 100, 24. 127, 32. *Cantwari*. *The people of Kent*.

Lant-papa pice. 21, 1. 48, 6. 73, 13. 77, 29. *Cantwarorum regnum*. *The Kingdom of Kent*. Regnum hoc fundatum est ab Hengesto circa annum Christi ccclvii.

Lapiei (rectius secundum Cod. Cor. Lazici.) 89, 7. *Caziacum in Maternam*. Hodie *Chezy*.

Lapleol. 198, 22. *Karloil*, Hunt. *Cairleil*, D. *Karrel*, H. *Carlel*, R. *Hovd*. *Carleul*, L. *Caerliel*, *Carlyell*, *Karrell*, *Carlele*, *Carliull*, *Carliol*, *Karloil*, *Carlyl*, K. Hodie *Carlile* in agro *Cumbrensi*.

Lappum. 72, 21. 74, 4. Hodie *Charmouth* in agri *Dorsætensis* parte maritima, post (c) literam addito (h) ad morem Normannorum.

Lartpa. 119, 6. 120, 33. Hodie *Castor*, à parte Boreali fluminis *Nen* (hodie *Spyne*) dicti, in agro *Northamtunensi*. Oppidum etiam est in agro *Rutlandensi* quod hodie *Casterton* appellatur.

Cathenes. p. 1. inter Notas. Hodie *Cathnes* in extremis Scotiæ partibus, ad littus Germanici maris situm.

Lapum. 174, 39. 189, 15. 212, 40. *Caedomus*. Urbs Galliæ Celticæ præclara; hodie *Caen*.

Lealc-hýðe. 63, 31. *Cealtide*, Hunt. *Chalthurbe*, W. *Concilii locus*. *Sessionis locus* (inquit D. Henr. Spelmannus) cui hoc ascribitur *Concilium* varie apud Authores appellatur, *Chalchuth*, *Calchuth*, *Celchyth*, *Cealtide*, &c. ponitque eum Auctor *Antiqq. Britann. Eccl. in Northymbria*, *Hollinsbedus* vero rectius in regno *Merciorum*. Utinam locus aliquis idoneus in regno *Merciorum* reperiri posset, in quo celebratum hoc fuisse, atque

atque alia etiam Concilia diceremus. Nec enim quisquam facile sibi persuadere potest, Offam, Merciorum Regem, in regno Northymbrorum Concilium congregasse. Fieri tamen potuit ut Offa, privatis quibusdam rationibus nobisque incognitis adductus, de jure suo quasi cederet. Certe eorum conjecturæ quibus visum est in regno Northymbrorum locum hunc collocare, haud parum fidei conciliat 1^o, Quod Northymbrorum nonnulli ibi celebratis Conciliis interfuerunt. 2^o, Quod in agri *Lancastrensis* parte ea quæ *Cestrensi* adjacet, ejusdem nominis (cum leviori saltem mutatione quàm in locorum nominibus hodiernis fereprehendimus) oppidum conspicitur, scil. *Kelcebeth*. Et sane si Northymbris aliquid fuerit in istis Conciliis negotii, non est cur dubitemus quin locus conventui destinatus circa duorum regnorum limites constitit.

Learþen. Lærþen. p. 46, l. 7, 9. 60, 16. 63, 2. 120, 39. 178, 36. 179, 10, 23. 201, 21. 222, 22. 224, 31. 241, 30. Hæc appellatio in nostris Annalibus usurpatur ad designanda loca longe diversa. Pag. 46, l. 7, 9. 60, 16. 63, 2. significat *Eboracum*; p. 120, 39. *Wintoniam*: ob eandem omnino rationem. Dux enim istæ sedes Episcopales *West-Saxonum* Metropolis. P. 201, l. 20. 222, 22. denotat idem oppidum quod hodie dicimus *Chester, West-Chester*. Sax. *Legecearþen*, quod vide. Neque aliud per hoc vocabulum significatur p. 178, l. 36. 179, 10, 23. 224, 31. Etsi enim qui in istis locis memorantur fuerint Episcopi *Lichfeldenses*, ideo tamen ibi dicuntur Episcopi de *Cæster*, quod Petrus, Episcopus *Lichfeldensis*, eam sedem Episcopalem ad *Cæster* (hodie *Chester*) transtulit; unde (ut id obiter moneam) Episcopi *Lichfeldenses* ab Historicis subinde vocantur Episcopi *Cestrenses*; & iste Petrus in Saxonice Annalibus Episcopus *Licifeldensis* five *Cestrensis* appellatur.

Lebenac. 43, 26. Terræ portio quædam ab Æthelredo, Merciorum Rege, Ecclesiæ *Medeshamstedensi* concessa, cujus tamen

appellationis nulla hodie in istis partibus vestigiaprehendimus.

Lent. Lentlonb. 13, 29. 22, 1. 26, 8, 17. 29, 18. 44, 17. 46, 16, 23, 25, 27. 47, 22. 48, 20, 23, 27, 36. 52, 21. 69, 3. 70, 29. 74, 24. 78, 23. 87, 20. 91, 31. 97, 33. 102, 31. 108, 21. 128, 26. 138, 33. 139, 9. 146, 23. 149, 27. 163, 9. 194, 6. *Cantium. The County of Kent.*

Lentingar. Lentiscan. 101, 15. 130, 4. 141, 2. *Cantiani. The Inhabitants of Kent.*

Leopter-ige. Leopter-ege. 121, 1, 5. 185, 36. 216, 33. *Ceortesei*, Bedæ Cod. C. (Sed *Cerotesei*, W. *Certesei*, T.) *Certesie*, Hovd. L. W. i. e. *Creoti Insula*, Bed. Hodie *Chertsey* in agro *Surreiensi* ad ripam *Tamesis* fluminis.

Lepdicespord. 18, 2, 17. *Cerdicesforda in fluvio Avenæ*, Eth. *Certicesford*, Hunt. i. e. *Cerdici vadum*. Fluvii *Avenæ* vadum in Occidentali parte agri *Hamtonensis*, hodie *Charford*. *Hic enim* (inquit Camd.) *ille, [Cerdicus] collatis cum Britannis signis, ita eos fregit, ut non solum imperii sui fines protenderit, sed etiam facile bellum posteris tradiderit.*

Lepdicesleag. Lepdicesleah. 18, 23. i. e. *Cerdici campus*, à *Cerdico* ibi cum Britannis acie dimicante. Hodie (ut opinatur Cl. Somner.) *Chardley* in agro *Buccinghamensi*. Verum, si loci nomen aliquod huic sono affine repertum esset in regno *West-Saxonum*, mallet ibi collocare. *Cerdicus* enim & *Cynricus* octo ante annos quam apud *Lepdicesleag* cum Britannis dimicarunt, eosdem apud *Lepdicespord* (hodie *Charford* in agro *Hamtonensi*) acie superarant; Britanni autem, postquam Duces isti regno fuissent potiti, versus Occidentem quotidie paullatim sese receperunt.

Lepdicesopa. 15, 11. 18, 10. *Certicesfore*, Hunt. *Sardicesfore* quæ nunc vocatur *Gerne-muth*, B. i. e. *Cerdici litus*; ita dictum à *Cerdico* qui ibi naves ad terram applicuit. Antiquis *ostium Gariensis*, unde hodie *Par-mouth* in agro *Norfolciensi*; quod (ut observavit Camd.) olim ab Occidentali fluminis ripa stetit, donec conditum erat novum

hoc oppidum. Non desunt interim viri graves, qui opinantur Cerdicum naves suas appulisse in portum *Hamtonensem* (hodie **Southampton**,) & *Calsbot* in ipsa fluminis ora (quod existimat Camd. corruptum esse pro *Caldshore*) esse Saxonum *Lepdiceropa*. Hanc certe sententiam confirmat Matt. Westmonasteriensis collatus cum nostris Annalibus. Hi an. **DXIV**. referunt Stufum & Wihthgarum naves appulisse ad *Lepdiceropa*; eisdem in *Occidentali parte Britanniae applicuisse* dicit Mat. West.

Lice. p. 225, l. 13. *Chicce*, Hunt. *Chich*, L. Hodie **S. Olythe** in agro *Essexiensis*; sic dict. quod ibi in *S. Osthæ* (sive *Osgithæ*) memoriam, ædem sacram posuit Ricardus Episcopus *Lundenensis* circa An. **MCXX**. Camd.

Lingerdelf. 119, 18. i. e. *Regis fossa*. Itinere inter *Ramesiense* Monasterium & *Peterburrow* alluvionibus impedito, Canutus Rex viam magnis operibus constravit, quæ Historicis nostris dicitur *Kingsdelf*. Ita Camd. Quicumque is fuerit locus à nostris Historicis *Kingsdelf* appellatus, certum est *Canuti viam* per istud vocabulum in nostris Annalibus designari non posse. Charta enim, in qua hujus mentio fit, concessa erat Ecclesiæ *Medeshamstedensi* ab Eadgaro, longe ante Canuti tempora. Præterea terminatio *dælf* non *viam stratam* indicat, qualis fuit Canuti ista, sed *fossam*, quæ primum in isto solo paludoso ad exhauriendam vim magnam aquarum ducta fuisse videtur.

Lingerætun. *Lýningerætun*. 111, 6. 125, 7. *Kingstone*, B. i. e. *regia villa*. Hodie **Hyngston**. Plurium oppidorum per Angliam nomen; illis primum fere inditum, vel quod ibi Reges sedes suas posuerint, aut consecrati fuerint, aut etiam præclarum aliquod facinus obierint. Quod memorat Chronicon nostrum est in agro *Suthbreiensi*, ad ripam fluminis *Tamesis*.

Lippeceærteþ. *Licaærteþ*. *Liceærteþ*. 96, 15. 111, 6. 125, 7. *Cissaceaster*, F. *Cicestria*, F. Cont. *Cissacestre*, D. *Cissa*, de cuius nomine *Cicestria*, quam ipse fundavit, nomen sortita est, W. *Cissa* autem iste fuit Rex *Suthsaxonum* secundus. Hodie **Chichester** in agro *Suffexiensis*.

Cleucestria. *Cloecistria*. *Claudia*. 178, 37. 179, 4. 179, 22. *Glawornia*. **Glocester**. Scriptor istius Tractatus Latini, in quo horum nominum (ut & *Essicestriae* &c.) facta est mentio, videtur fuisse Monachus Normannicus, aut certe alius quispiam, nominum Anglicanorum haud satis peritus.

Elrætun. 132, 16. Idem, opinor, oppidum quod hodie in agri *Dorsætensis* parte *Sumursætensibus* contermina vocatur **Cliftun**, i. e. *Villa ad clivum sita*. Misso enim quod scriptio literæ *r* pro *f*, ob earum similitudinem, error est Librarii facillimus; Annalium nostrorum anno **MCI**. qui hujus oppidi meminit, Dani postquam Peonno villæ ignes admovissent, *Elrætun* incendisse dicuntur. Peonno autem hodie est **Den** in agro *Sumursætensi*, quod à **Cliftun** quatuor circiter mille passuum abest.

Elræpn. 139, 1. *Chiltern*, Hunt. *Cytern*, Hovd. Hodie **Chiltern hills** qui *Oxonensem* agrum à *Buccingbamenfi* determinant. In Chronico enim Saxonico An. **MIX**. Dani ex agro *Cantiano* dicuntur in *Oxonensem* transisse per *Elræpn*. *Per saltum qui dicitur Clitern*, F. Nec sane est cur quicquam dubitet, quin omnes ejusmodi montes crebris arboribus ea ætate vestirentur.

Elhue. 36, 16. Hodie **Clyff** in agro *Northamtunensi*, in sinu fluvioli qui in *Nersese* exonerat.

Elouerhoo. *Elouerhou*. 55, 13. 70, 19. *Clovesho*, G. T. Hodie fortasse **Abbyndon** in agro *Berberiensis*. Cujus quidem rei indicia haud obscura deprehenduntur in *Libro Abbandunensi*, quem laudat Camdenus. Primo enim, dubium non est quin locus ille alio nomine primum cognitus fuerit, nec antea *Abbandun* dici coeperit, quam ibi *Cissa* Rex *Abbatiam* construxerat. Secundo, disertis verbis tradit Liber iste, locum eum antiquitus *Sheovesham* fuisse appellatum, quod sive Librarii oscitantia, sive alio quovis casu, pro *Cleovesham* poni facile potuisse, inficias ibit nemo harum rerum mediocriter peritus. Tertio, Loci hujusce descriptioni optimè respondet Anglo-Saxonum *Abbandun*, præsertim si ejus titum spectes, in ipso scil. regni umbilico, unde locus eva-

dit in primis opportunus, in quo ad ardua regni negotia tractanda quotannis conveniatur. *Sbeorvesham* ita describit Liber Abbandunens. *Hic sedes Regia, hic, cum de regni præcipuis & arduis tractaretur negotiis, concursus fiebat populi.* Quoties etiam *Lloperhoo* occurrit in his Annalibus, ibi Concilium fuisse celebratum narratur. Imo decretum erat in Concilio *Herudfordiæ* celebrato, 24. die mensis Septembris, An. D. DCLXXIII. *Ut bis in anno Synodus congregetur: sed quia diversæ causæ impediunt, placuit omnibus in commune ut Calendis Augusti in loco qui appellatur Clafeshoh semel in anno congregetur.* Hæc certe, meo iudicio, fidem tantam huic conjecturæ afferunt, ut haud facile sanus quispiam, si modo *Libri Abbandunensis* auctoritatem admittat, in hac re hærerere possit.

Elunig. Elunni. Elunie. 221, 37. 231, 22, 28 43. 234, 36. 235, 22, 29, 32. 236, 10, 32, 34, 41. 237, 7. *Cluniacum.* Hodie *Clunyy* in Comitatu *Burgundiæ.*

Lolne. 93, 8. Fluvius in agro *Essexiensis*, cujus fons prorumpit in ejusdem agri parte Comitatu *Cantabrigiensi* contermina; nec longe à *Colcestria* (quod oppidum præterfluit) fluviolis quibusdam auctior in mare sese effundit. Hodie *Colne.*

Lolnecearter. 108, 23. 109, 16. Hodie *Colchester* in agro *Essexiensis*, ad ripam *Colne* fluvii.

Loluberbuph. 44, 32. *Urbs Coldana, & Coludi urbs, Bed.* *Hic S. Ebba* (uti Cl. Dugdal. ex veteri MS. Bibl. Bodl. adnotavit) *juste, sobrie ac pie vixit; an vero ibi Religionis cultum primo instituerit, an ab antecessorum studiis institutum invenerit, incertum.* Olim Prioratus de *Coldingham* dicebatur; Cella scil. Prioratûs *Dunholmensis.* Hodie *Coltingham*, in ea *Scotiæ* plaga quæ vulgo *the Marches* vocatur, à S. meapc *limes*, est enim ibi terminus inter *Scotiam* & *Angliam.*

Lopfer geate. 124, 20. *Cornesgeate, D. Cornesgate, Hovd. i. e. Corfi janua.* Est autem *Corfe* castrum vetustum in medio *Insulæ Durbecke* dictæ, in agro *Dorssetensi*; cui *geate* adjectum videtur indicare, *Ælfritham* *Eadwardo* Regi (qui hîc interfectus

dicitur) insidias struxisse in ipso castris vestibulo, sive via ad castrum ducente.

Lopnpealar. 91, 9. 129, 9. *Cornewayle, K. Cornwalli. Cornubiæ incolæ,* antiquitus (una cum *Devonien(s)ibus*) *Dammonii, Dunmonii, & Dammonii* dicti. Commodè admodum vox (ut conjectat *Camd.*) deducitur à *Brit. kernaw, corn, cornu; si quidem procurrentibus promontoriis veluti cornibus mari incumbit.* Proculdubio *Britannicæ* est originis; cum nulli non cognitum est, *Britannorum* partem (postquam gens ea à *Saxonibus* præliis compluribus fuisset superata) eo demum prælii dîi causa confugisse.

Lopham. 146, 37. Hodie *Cosham* in agro *Wiltunensi.*

Lorteyropb. 43, 27. Terræ portio ab *Æthelredo, Merciorum Rege, Ecclesiæ Medeshamstedensi* concessa. Nomen, opinor, antiquum amisit (ut omnia fere loca quæ in ista Charta memorantur) nisi dicendum sit esse idem quod hodiernum *Cosford* in agro *Warwicensi.*

Lotingham. 240, 28. Hodie *Cottingham* in agro *Northamtun.*

Louentpe. 173, 6. 235, 8. *Conventria* in Historiis nostris nonnunquam vocatur. Hodie *Cobentry* in agro *Warwicensi.*

Lpæccilade. Lpeccagelade. 101, 4. 147, 6. *Criccelade, F. Crickelad, F. W. Cricclad, D. Greglade quæ modo dicitur Kirkelade, Hovd. B. Crikelade, Hunt. Criklade, B.* Hodie *Cricklade* in agri *Wiltunensis* parte Boreali. Hujusce nominis inde originem petunt nonnulli, quod credunt ibi antiquitus Græcas literas floruisse. Unde *Bromptonus Historicus, p. 814. Secundum quosdam fuerunt duo studia in Anglia, unum de Latino, & aliud de Græco, quorum unum Græci posuerunt apud Greglade, quæ modo dicitur Kirkelade, & ibidem Linguam Græcam pro tempore docuerunt, &c.* Verum commentum istud merito tribuunt alii eorum imperitiæ, utpote qui ne linguam quidem vernaculam suam intellexerint. *Lpecca* enim Saxonice est *amnus, torrens in majorem fluvium labens, & labian purgare, exonerare;* unde non dubium est quin vocabulum profluxit; cum eo loci in fluvium *Tamesin* sese aquæ exonerant. Vide *Somneri Gloss.*

Gloss. ad calcem X. Script. in voce *Greglada*; & Ælfredi M. Vitam, p. 136, &c.

Λρεccanפורծ. Λρεccanפורծ. Λρεccanפורծ. p. 13, l. 27. *Creganford*, Hunt. i. e. *Crecca fluminis* (nunc *Craye*) *vadum*. Hodie **Crapford** in agro *Cantiano*.

Λρετα. 10, 26. *Creta*. *Crete*.

Λριδιαντun. 124, 5. *Cridiatum*, F. Hodie contracte **Kirton** in agro *Devoniensi*; sic dictum quid situm est ad ripam fluminis *Credeni*, (nunc *Credy*), quod se in *Iscam* exonerat. Hæc olim erat sedes Episcoporum *Devoniensium*.

Λριστερ cýpic. 152, 2. 161, 37. 170, 9. 173, 31. 179, 3. 180, 35. i. e. *Christi Ecclesia: Cantwariensis* scil. Ecclesia, quam Romanorum opere antiquitus factam, & in media urbe stantem, recuperavit S. Augustinus Monachus, & Christo dicavit.

Λρulanð. Λρoylanð. 119, 26. 173, 8. 183, 32. i. e. (interprete Ingulpho) *cruda & cænosa terra*. *Crowland*, B. hodie **Crowland** in agro *Lincoln*. Hic Monasterium construxit Rex Æthelbaldus Anno Christi DCCXVI.

Λυggevic. 35, 44. Loci nomen in Charta Wulpheri Regis Ecclesiæ *Medeshamstedensi* concessa, qui alio certe nomine hodie cognoscitur.

Λumbpa lanð. Λumep-lanð. 115, 4. 130, 28. *Cumbreland*, D. *Cumberland*, Hunt. H. Hovd. B. *Cumbrorum terra*. **The County of Cumberland**. Ita dici volunt nonnulli, quod sæviente Anglo-Saxone, Cambri diu hîc federunt. Verum opinatur Cl. Somnerus *Cambriam*, & *Cumber* in voce *Cumberland*, terræ utriusque qualitatem exprimere: denotare scil. *terram impeditam*, sive asperis & acuminatis montibus, sive paludibus & stagnis; quo sensu nos hodie dicimus **to cumber**. Potest etiam (ut idem existimat) deduci à *cam* Britannico, curvus, & *bro* terra, regio; seu *bre* mons. Vide Somneri Glossar. ad calcem X. Script. in voce *Cambria*.

Λunðoð. 86, 26. *ad monasterium quod dicitur Condath*, F. *Condatum super Scaldim in Belgio*. Vulgo *Conde sur l'Escaut*.

Λupboil. 225, 11. 237, 46. *Curbolium* in Galliiis.

Λραντα-pic. 74, 1. *Mendose pro Lant-pic*, quomodo legit Cod. *Laud. Cwenta-wic*, F. Idem quod *Lant-papa-buph*, hodie **Canterbury**, agri *Cantiani* urbs primaria.

Λρατþpicge. 97, 5, 15. (Bpicge legit Cod. *Cant.*) *Cantbridge*, Ethelw. *Quatbrig*, F. *Quantebridge*, W. *Quadrage*, Hunt. Hodie (ut opinatur Somnerus) **Cambridge** in agro *Glocestrensi* non longe à ripa fluminis *Cam* dicti, quod sese in *Sabrinam* effundit. Verum hujus conjecturæ fidem multum labefactat, quod hodiernum **Cambridge** duo plus minus mille passuum abest à *Sabrina* flumine; arx autem quam Dani ibi erexisse dicuntur, non alio consilio videtur fuisse constructa, quam ut hostes à transitu istius fluvii prohiberentur. Multa certe suadent Λρατþpicge non aliud esse quam hodiernum **Bridgenorth** in agro *Salopiensi*. Primo enim Codex quem *Cant.* dicimus, legit Bpicge; **Bridgenorth** autem hodie vulgo vocatur *Brigge*. 2°. Ad ripam *Sabrina* situm est. 3°. Ad primum milliare à **Bridgenorth** oppidum est hodie **Quatford**, & ad secundum, aliud **Quat** dictum; adeo ut verisimile est non longe inde abesse Λρατþpicge.

Λrichelmer-hleape. 135, 30. *Cwicelmeslawe*, F. *Cbichelmeslaue*, Hunt. *Cwichelme-low*, Hovd. i. e. *Cwichelmi agger*. Hodie **Cuckamsley hill**, in agro *Bercheriensi*. In qua appellatione (ut id obiter moneam) est manifesta *πυτολογία*, ex ignorantia Linguæ Saxonice profecta. Idcirco enim paullatim additum est **hill**, quod ignorabant Saxonice hleape significare *aggerem*, *tumulum*. Idem vitium observari potest in plerisque aliis Locorum nominibus.

Λýmener opa. 14, 18. i. e. *Cymeni littus*, qui ibi naves ad terram appulit. *Nunc nomen amisit, sed fuisse prope Wittering* [in agro *Suffexiensi*] *Charta Donationis quam Cedwalla Rex Ecclesiæ Selsiensi fecit, planissime convincit*. *Camd.*

Λýnemæpeפורծ. 68, 23. *Kimeresford*, F. i. e. *Regis præclarum vadum*. Non dubito quin idem sit quod hodiernum **Kempford**, in agri *Glocestrensi* plaga *Wiltunensi* finitima. Anno enim DCCC. quo hujus loci injecta est mentio, narratur Æthelhelmum è *Hwicciis*,

[i. e. *Glocestrensis* & locis vicinis] per hoc vadum transiisse, eique occurrisse. Weoxtanum cum Wilsætensibus. Hodiernum vero **Kempstord** situm est ad ripam fluminis, in ipsis finibus agrorum, *Glocestrensis* & *Wiltunensis*. Neque quenquam movere debet veteris ac novi nominis dissimilitudo, cum major in aliis compluribus reperitur, quæ tamen eundem omnino locum designare certissimum est.

Lynet. p. 135, l. 34. *Kenet*, F. D. *Keneta*, M. Hodie **Kennet** in agro *Wiltun*.

Lýningeſ clife. 62, 29. *Kyngesclife*, *Kyngesclife*, Hunt. Prælii locus inter Regem Northymbrorum & rebelles quosdam illius subditos, sed in qua parte istius regni fuerit, non reperio. Plurima sunt loca in regno Northymbricæ **Clifton** appellata.

Lýngeſ bælf. v. Lingeſ bælf.:

Lýningeſ tun. v. Lingeſ tun.:

Cynomannia. 170, 37. v. *Manſ* :

Lýppanham. 84, 22. 85, 36. *Cipenham*, Hunt. *Chipenham*, Hunt. B. i. e. *Villa mercatoria*; à cýppan, *mercari*, & ham *vicus*, *opidum*, *villa*. Hodie **Chipnam** in agro *Wiltunensis*.

Lýpncearſep. Lýpncearſep. 22, 15. 29, 5. 85, 36. 86, 3. 151, 29. *Cirrenceaſtre*, Af. *Cireceſtere*, Hunt. *Circeſtre*, L. B. *Antiquis Corinium & Durocornovium. Britannis* (inquit *Camd.*) *eſt Caer Cori, Caer Ceri*; unde & deductum nomen Saxonicum videtur. Verum mavult Cl. Somnerus petere à Sax. cýppan, *vertere*, *ſteſtere*; quod hinc viæ illæ Romanorum Conſulares tranſverſe ſe interſecarunt. Hodie **Citeter** in agro *Gloceſtr*.

Lýpicbýmſ. 104, 10. *Cereburib*, Hunt. *Cyrebroſ*, B. Hinc *Æthelfleda*, Merciorum Regina, caſtrum conſtruxit. Hodie, opinor, **Chirebury**, in agro *Salopiens*. Ibi ſcil. vadum eſt in ipsis limitibus agrorum, *Salopiens* & *Montgomerienſis*; adeoque opportunum ſatis quod contra Wallorum incurſiones muniretur. Opinatur D. Guil. Dugdalius eſſe idem quod hodiernum **Donks-Hirkby** in agro *Warwic*.

D.

Dæg-ſtan. Dægſtan. 24, 9. *Degſaſtan*, F. Hunt. i. e. *Degſæ lapis*, interprete Beda. Loci cujuſdam nomen in partibus Angliæ Borealibus. Parum dubito quin ſit idem qui hodie **Dauſton**, in agro *Cumberland*.

Dælpeobar. 2, 8. 24, 8. *Dalreudini*, Bed. *Dalpeabingar*, Al. i. e. *cohors hominum ſub Reoda*. Qui erant, & unde hoc nomen fortiti ſunt vide p. 2. l. 7. hujus Chronici.

Dænemeapce. Denmapce. 134, 31. 151, 18, 25. 152, 37. 154, 32. 174, 22. 176, 14. 177, 41. 178, 17. 182, 34. 183, 10, 27. 185, 40. 191, 41. 222, 9. *Denmercia*. **Denmark**. i. e. *Danorum fines*. Terminos enim vocarunt Anglo-Saxones meapcar. Unde illud *Garweni Douglaſii*

Dr of the Goddis quha maid the here arrife

At our marchis, miſknaſwing our eſtate.

Aut quis te ignarum noſtris Deus appulit oris?

S. Davib. 235, 11. Lat. *Menevia*. Hodie **The Biſhoprick of Saint Davids** in agro *Penbrochiens*. Ita dicta à S. Davide ejus loci Epifcopo, qui eo ſedem tranſtuliffe fertur.

Deapne pice. 29, 23. 32, 7. *Deirorum regnum*. Continebat quicquid regni Northymbrenſis interjectum erat inter flumina, *Humbrum & Tvedam*; Comitatus nempe *Eboracenſem, Lancaſtrenſem, Weſtmorlandiæ, Cumberlandiæ, Northymbriæ*, & Epifcopatum *Dunholmſem*. Vocabulum vulgo deducitur à *ferarum* copia; Sax. enim *deop* eſt *fera*.

Deſenar. Denar. 70, 21. 95, 9. 98, 18. 100, 21. 117, 9. 129, 22. 131, 17. *Devonienſes*. **The Inhabitants of Devonſhire**. Antiquis (una cum *Cornwallis*) *Dammonii, Dunmonii & Damnonii* dicebantur.

Deſenarſcýpe. Deſnarſcýpe. Deſnarſcýpe. 74, 19. 84, 31. 93, 24. 124, 4. 129, 19. 151, 7. 158, 12. 165, 10. *Deueneſſire, Daueneſſcýre*, Hunt. *Daveneshire*, Hovd. *Deveneshchire*, B. *Devenchire, Devenſchýre*, K. Comitatus *Devonienſis*. Hodie **Devonſhire**.

Dene.

Dene. Denar. Dænycan. Dænycen men. p.64, l.18. 72,22,34. 73,22,24. 74,5,13. 81, 1,5,25,32. 82,7. 86,15. 87,28. 88,36. 93,16. 96,19,28,33. 97,12. 98, 13,33,38. 99,7,8, 33. 100,24. 101,25,33. 102,22. 103,36. 110,12,14,37. 126,4,23. 130,9. 131,14. 132,14. 133,2. 135,6. 139,24. 151,18. 153, 6. 171,7. 177,21,34. 191,4. **Dani.** **The Danes.** Ita dicti in his Annalibus, qui Angliam tot annos divexarunt ac diriperunt.

Deomod. 195,39. *Deomedum*, F. *Demetia*. Walliæ pars Australis, continens agros *Maridunensem*, *Penbrochiensem*, & *Cardiganensem*. Non alium autem esse locum hunc, aperte constat ex verbis Henr. Hunt. *Et tunc [Dani] manserunt in Insula Stepen cum magna miseria, ita quod cibus eis defecit, & multi fame mortui sunt, ---- recesserunt ipsi in Deomodum.* Ut enim à *Stepholme* in Comitatum *Maridunensem* transitus est satis brevis, ita inde in Hiberniam (quo se contulisse dicuntur) trajectory commodissimus.

Deopaby. 106,15. 114,23. *Dereby*, *Derebi*, Hunt. *Derebi*, E. Hodie *Darby*, agri *Darbiensis* oppidum primarium, quodque toti Comitatu nomen præbet. Vox significat *ferarum habitaculum*; à *deop fera*, & *by habitatio*. Nisi quis malit deducere à *bi juxta* & Brit. *dur* aqua, quoniam ad ripam fluminis situm est.

Deopbyrcipe. 171,14. *Derbyshire*, B. *Ager Derbiensis*. *Derbyshire*.

Deopham. 22,15. 68,15. i. e. *ferarum habitaculum*. Plurimorum locorum in Anglia nomen, quorum duo in his Annalibus memorantur. Is, cujus mentio facta est An. DLXXVII. hodie vocatur *Durham* in agro *Glocestr*. Qui vero An. DCCXCIX. memoratur, *Wihburgæ* nempe sepultura celebris, hodie *Dereham* appellatur in agro *Norfolciensi*, à *Florent*. *Dirham* dictus. Ast *Durham*, agri *Dunholmensis* oppidum primarium, semper in hoc Chronico *Dunholm* dicitur.

-*Deperctope*. p. 1. inter notas.

Depar. 44,25. *Deiri*. **The Inhabitants of that Kingdom.** v. *Deapnepice*.

Depapuda. 46,10. *Ferarum sylva*. Ea nempe in qua constitit Monasterium *Bever-*

lacense. In his enim Annalibus dictum est, Johannem Archiep. *Ebor.* abdicato Archiepiscopatu, se contulisse ad Monasterium suum in *Depapuda*; notum autem est ac quod notissimum non aliud istud fuisse quam *Beverlacense*, in agro *Eboracensi*.

Depeuopd. 36,4. Locus hic memoratur in *Wultheri Charta* concessa Ecclesiæ *Medeshamstedensi*. Alio nescio quo nomine hodie cognoscitur.

Dic. 101,11. i. e. *fossa*. Videtur ea primum fuisse ducta ab Orientalibus Anglis ad prohibendos Mercios ab incursionibus; nominatim à S. Eadmundo, Merciorum Rege, si *Florentio* credimus. Is enim fossam hanc vocat *limitem S. Regis Edmundi*. Ad illam in agro *Cantabrigiensi* hodie consistunt *Kech*, *Burwell*, *Kirtling*, oppida.

Dipelin. 113,30. 178,43. 179,20. *Dive-line*, *Hovd*. *Eblana*. Hodie *Dublin*. Omnia fortasse à *Lifny* flumine, quod oppidum illud attingit.

Doderdopp. 118,37. Hodie *Dostrop* in agro *Northamtun*. mille passuum à *Petroburgo* ad Septentrionem.

Dol. 183,35. Urbs Galliæ in *Britannia* minore. Hodie *Dol*.

Dorpe. Dorpa. 162,20,22,23. 163,9. 167,1. 201,4. *Douere*, *Doure*, Hunt. *Dovere*, D. K. *Dovere*, *Hovd*. *Dover*, B. *Dovore*, T. *Dubris*. Hodie *Dover*, portus celebris in agro *Cantiano*. Nulli dubium est quin Anglo-Saxonum nomina *Dorpe* & *Dorpa* ab antiquo Romanorum vocabulo *Dubris* proflexerint. Unde vero *Dubris*? *Schedulæ* quædam MSS. Cl. *Somneri* de portibus *Cantianis*, duplicem de hac re conjecturam exhibent. Opinatur primum ille non à ratione abhorrere si quis deducat à Britannico *dyffrin*, vallis, quo quidem modo celebris ista vallis in Comitatu *Denbigiensi* vocatur *Dyffrin cluyd*, i. e. vallis inclusa, quippe quæ ab omni parte, præter Septentrionalem, montibus cingitur. Deinde, putat commode satis derivari posse à Britannico *dufr*, *dur*, sive *dyfr*, fluvius, (*Doverdwy* enim *Giraldus Cambrensis* in *Itinerario Walliæ* interpretatur *fluvium Dewæ*.) Utrique conjecturæ *Dubris* hujus natura admodum favet. Si
ejus

ejus situm inter duos *colles* eminentes respicias, locum obtinet prima; *sin fluvium* per oppidum decurrentem, & in mare se statim exonerantem, sese magna cum specie veri offert secunda. Utut se res illa habet; non possum non hîc adnotare, nonnullos rerum Anglicanarum Scriptores Saxonico Dopsæ male interpretari *Doroberniam*, (hodie *Cantebury*.) Tradunt nempe Eustacium, Comitum *Bononiensem*, maximas turbas in urbe *Cantwarensi* fecisse, dum domum de Anglia revertebatur; quas tamen Annales Saxonicæ (quibus, cum magna Antiquitatis speciem præ se ferunt, multum certe deferendum est) asserunt concitatas fuisse in Dopsæ, i. e. *Dubri*, nec Eustacium in urbe *Cantwarensi* mansisse, nisi ut se suosque cibus reficeret.

Domuc. p.68, l.10. *Domnoc*, Bed. *Domocceaptes*, Al. *Domoc*, G. Idem, opinor, oppidum quod Beda *Dunmoc* vocat, hodie *Dunwich*, in agri *Suffolciensis* ora maritima. Hanc certe conjecturam plurimum confirmat quod de Alfhuno Episcopo in his Annalibus traditur. Dicitur is diem obiisse apud *Sudbepi*, hodie *Sudbury* in agro *Suffolciensi*, & sepultum fuisse apud Domuc. Quo autem in loco illum credamus tumulatum, nisi in Ecclesia Cathedrali de *Dunwich*, cujus ipse erat Episcopus? præsertim cum in eodem agro mortem obivit. Ea fuit sedes East-Anglorum Episcoporum, quam ibi fixit Felix, postquam eos ad fidem Christianam convertisset; deinde à Bifo Episcopo in duas divisa est, adjecta *Elmbamensi*; utraque demum in unam coaluit circa An. Dom. dcccclv. Postea sedem ad *Thetfordiam* transtulit Herfastus, 22. Episcopus; & ad *Norwicum* Herbertus Lofinga, Episcopus 24.

Dopceceaptes. *Dopceaptes*. 30, 16, 19, 25. 97, 35. 121, 18. *Dorcinea*, (*Dorcic*, C.) Bed. *Dopceceaptes*, Al. *Dorecestre*, Hunt. *Dorchecestre*, L. *Dorkecestre*, B. *Dorcestre*, W. Hodie *Dorchester*, in agri *Oxon.* parte *Berberiensi* finitima. Fuit per multos annos celebris sede Episcopali, quam ibi constituit Birinus; sed, regnante Wilhelmo primo, eam Remigius *Lincolniam* transtulit, ne, quod *Canonibus* prohibetur (inquit *Camd.*) in tam modica civitate Episcopi nomen vilesceret.

Dope. 71, 30. Locum hunc esse in agro *Eboracensi* satis constat ex his Annalibus ad An. dcccxxvii. atque etiam ex Florentio Wigorn. cujus verba sunt: *Rex Occidentaliæ Saxonum Egbertus, expulso regno Wiglafo, regnum Merciorum suo subjecit imperio. Deinde suam movit expeditionem ultra Humbri flumen. Cui Northimbrenses in loco qui Dore vocatur occurrentes, &c. Quo autem nomine hodie vocatur, (antiquum enim exuisse certum est) ignoro.*

Dopnætay. *Dopnætay*. 74, 12. 129, 38. 146, 25. 165, 11. *Dorset*, *Dorfete*, B. Antiquis *Durotriges*, à Brit. *dwr* aqua, & *trig* incola. Quo etiam sensu Anglo-Saxonum *Dopnætay* (è voce Britannica & Saxonica compositum) dicitur à *dwr* seu *dur* aqua & *nætay* incolæ, quod à *pittan* incolere. *Eorum enim regio per 50. plus minus mille passuum mari Britannico obversa, ab occasu in ortum protensa jacet.* *Camd.* *The Inhabitants of Dorsetshire.*

Dopnitceaptes. 24, 25. *Dorobernia*. *Cantebury*. Deducit Somnerus à Brit. *dur* aqua, Sax. *pit*an *Optimates*, & *ceaptes* oppidum, urbs, ut sit ad aquam positum *Procerum sive Optimatum oppidum.*

Dpiffelba. 50, 3. *Dyrffeld*, St. Hodie *Driffeld* in agri *Eboracensis* parte quæ *Castriding* vocatur.

Dublinia. v. *Difelin*.

Dunertaple. 224, 13. *Dunstapola*, *Dunstapula*, F. C. *Dunstaple*, Hunt. *Dunstapell*, B. *Dunstapill*, K. Hodie *Dunstaple* in agro *Bedfordiensi*.

Dunholm. 181, 34. 184, 20. 193, 6, 44. 195, 35. 204, 1. 207, 5. 208, 33. 233, 6. *Dunhelm*, F. *Durem*, *Durham*, B. Hodie *Durham*, Episcopatus *Dunholmensis* oppidum primarium. v. *Deopham*.

€.

Eaderbýnig. 104, 6. *Edesbirb*, Hunt. *Edesbury*, B. Locus in quo *Æthelfleda* castrum construxit. Hodie (ut opinatur *Camdenus*) *Eddesbury* in agro *Cestriensi*, in saltu celebri *the Forrest of De la Mere*, in quo (inquit) suam urbem *Eadesbury* posuit

suit *Etbelfleda Mercia*, quæ exoleto jam nomine rudetum **the Chamber** in **the Forrest** vocatur. Nec dubium quin hic ponendus est locus, si modo **Wedsburrow** in agro *Staffordiensis*, non autem **Wardburrow** in agro *Oxonienſis*, sit Anglo-Saxonum *Ƴearobýrig*:

Eadmunderbýrig. S. *Ædmund*. p. 158, l. 30. 206, 25. 215, 7. 225, 41. i. e. S. *Eadmundi civitas*; ab *Eadmundi* Regis religiosissimi corpore huc translato sic dicta. Hodie vulgo **Wurp** in agro *Suffolciens*.

Eabulſer nærre. 168, 2. i. e. *Eadulſi Promontorium*: hodie **the Peſſe** in agro *Esſexienſi*.

Ealb-mýnrſter. 156, 26. 168, 39. 170, 33. i. e. *vetus Monasterium*, quod est *Wintoniæ*. Illud, opinor, quod S. *Suithinus*, xvii. iſtius ſedis Episcopus, construxit; atque **Ealb-mýnrſter** dici cœpit, postquam ibi *Eadweardus* senior Nip̄an mýnrſter (i. e. *novum Monasterium*) erexisset Anno Christi **cccciii**.

Ealb-Seaxe. 12, 14. 13, 2. 62, 38. 88, 7. 159, 8. i. e. *Antiqui Saxones*: ii scil. qui Saxoniam Germanicam incoluerunt, postquam Anglo-Saxones in hac terra ſedem poſuiſſent.

Eart-Lentingar. 138, 16. *Cantii Orientalis incolæ*.

Eart-Engle. **Eart-Englar**. **Eart-Englan**. 13, 5. 27, 8. 30, 21. 31, 7. 33, 14. 39, 4. 71, 3. 6, 24. 73, 31. 78, 29, 33. 80, 5. 86, 3. 87, 21. 88, 28. 90, 19. 92, 14, 15. 93, 21. 94, 36. 95, 22, 25. 96, 8. 97, 13, 20. 98, 20. 99, 16. 101, 2. 102, 5. 107, 34. 108, 2, 30. 109, 19, 21. 127, 12. 133, 36. 134, 21. 139, 17, 26. 140, 40. 143, 3. 150, 12. 151, 1. 155, 20. 157, 1. *Orientalis Angli*. **The Caſt-Angles**. Ab Anglo-Saxonibus incolis, & Orientali loci ſitu. Regnum autem Orientalium Anglorum continebat Comitatus *Northfolciæ*, *Suthfolciæ*, & *Cantabrigiæ*, cum Inſula *Elyenſi*. Quas provincias, una cum *Huntandunenſi*, antiquitus incolebant *Iceni*.

Eart-Fpancan. 90, 33. *Franci Orientales*. **The Caſtern Franks**.

Eart-Seaxe. **Eart-Sexar**. 13, 3. 24, 17. 68, 11. 70, 33. 93, 2. 94, 32. 95, 20. 96, 10.

97, 33. 100, 36. 103, 33. 108, 22. 109, 20. 128, 25. 138, 35. 140, 40. 149, 35. 150, 2. *Estſexe*, *Hovd. B. Effex*, *B. K. Orientales Saxones*: à Saxonibus incolis, & Orientali agri iſtius ſitu. Hodie **the County of Eſſex**. Agrum hunc, una cum *Middleſexienſi*, incolebant *Trinobantes*.

Eart-Seaxna rice. 73, 13. 77, 29. *Orientalium Saxonum regnum*. **The Kingdom of the Caſt-Saxons**. Regnum hoc continebat Comitatus *Effexiæ*, *Middleſexiæ*, *Hertfordiæ*que partem.

Saxan-cearſter. v. **Exancearſter**:

Ecgbýphſter rſtan. 85, 6. *Be eartan Sealpuda*, (aiunt hi *Annales*), i. e. *ab Oriente Sealwudæ*, hodie **Selwood** in agro *Sumurſetenſi*. Non alius, opinor, locus quam hodiernum **Brixton** circa limites Occidentales agri *Wiltun*. qua *Sumurſet*. est conterminus. Unde *Ecgbrichtſtonam perducti* (nobis hodie, ni fallor, *Brixtona*) *juxta ſaltum*, *Regi ſub ſignis conſtiterunt*. J. *Spelman*. *Vit. Regis Ælfredi*, p. 33.

Eſſerio. 6, 20. *Ephesus*.

Ege. 118, 38. 119, 8. Hodie **Eye** in agro *Northamtun*. prope **Peterburrow**.

Egyp̄ta. 3, 12. 5, 14. *Agyptus*.

Eglerpup̄de. v. **Æglerpup̄de**:

Egoneyham. 22, 8. *Ignesham*, *Eth. Eignesham*, *F. Aegnesham*, *Hunt. Egenesham*, *G. Hodie Entham* in agro *Oxon*.

